Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-686053-p0001-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-686053-p0002-3

AN

# IMPERANTIS EXERCITIVM IVRIS CIRCA SACRA MAIESTATICI AD CONSENSVM CLERI — DER GEISTLICHKEIT — SIT ADSTRICTVM.

OBSERVATIO IVRIS PVBLICI

*CONSENSV ET AVCTORITATE*

INCLITI IVRECONSVLTORVM ORDINIS

PRAESIDE

IOANNE IACOBO PREHN

IVRIVM DOCTORE ET PROFESSORE PVBLICO ORDINARIO IN ALMA FRIDERICIANA COLLEGII ILLVSTRIS, QVOD IBI DE IVRE RESPONDET, ADSESSORE, NEC NON PRODECANO ET AD HVNC ACTVM PROCANCELLARIO CLEMENTISSIME CONSTITVTO

VT

*AD SVMMOS IN IVRE HONORES*

ADITVM SIBI PARARET

AD DISCEPTANDVM PROPOSITA

AB AVCTORE ET RESPONDENTE

CAROLO VLRICO FRIDERICO KNORRE

HAMBVRGENSI.

*BVETZOVII*

D. VIII. FEBRVARII A. O. R. cIↃ IↃ CCLXXXII.

Z, 1782 353 P. 353/ KŒN. FRIED. UNIVERS. ZV HALLE

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-686053-p0003-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-686053-p0004-4

# AN IMPERANTIS EXERCITIVM IVRIS CIRCA SACRA MAIESTATICI AD CONSENSVM CLERI — DER GEISTLICHKEIT — SIT ADSTRICTVM.

## §. I.

### GENERALIA QVAEDAM.

Quum omnia, quae vllo modo reſpiciunt rempublicam, *imperio ciuili* ſubſint; ſequitur, vt ipſa religio, ab eo non ſit immunis 1). Quis enim eſt, quem fugiat, multifarie eam habere poſſe relationem ad rempublicam, et ſae-

piſſime *ſub ſpecie religionis*, maximas damnoſas ac reipublicae valde exitiales diſcordias eſſe enatas. Iam autem absque omni dubio *ſummo imperanti* competit facultas, tam faciendi ea, quae ad communem finem obtinendum ac promouendum ſunt neceſſaria, quam cauendi, ne quid fiat huic communi fini contrarium. Hinc certe illi, *qua tali* ius quoddam circa religionem et eccleſiam denegari nequit. Nullum enim *in republica* collegium, nullaque ſocietas eſſe poteſt *plane independens*. Quum vero eccleſia, *qua talis*, conſiderata ſit ac maneat collegium externum; nulla quoque alia, quam quae huic competunt, habere poteſt iura, ſed potius easdem cum illo ſubeat, neceſſe eſt obligationes. Nam religio et doctrina Euangelii non minuit *iura imperii ciuilis legitima* 2), nec illis vllo modo aduerſatur. Quare et eccleſia imperium ciuile ſummi imperantis omnino agnoſcere debet. Recte tamen monet GEORGIVS LVDOVICVS BOEHMERVS 3) probe a ſe inuicem diſtinguenda eſſe *iura imperantium circa ſacra ex* IMPERIO CIVILI *deſcendentia* a *poteſtate eccleſiaſtica iuribusque eccleſiae collegialibus*. Illa nempe ſunt pars *maieſtatis* et *ſuperioritatis territorialis*; haec e contrario *eccleſiae* qua *ſocietati* competunt, tamquam iura *ipſius propria*, et ab origine omnium eccleſiae membrorum communia. Quodſi itaque a *Principe Euangelico*

*gelico* illa exercentur; iura tamen *poteſtatis eccleſiaſticae* principi nulla alia ratione, quam *ex eccleſiae conſenſu* vindicari poſſunt. Iura enim, quae ſua natura ſunt ſemperque fuerunt ſeparata, diuerſa et ſeparata manent, licet *in eadem Principis Euangelici et Epiſcopi S. R. I. perſona* ſint coniuncta 4).

1) SAM. PVFFENDORF in Libr. ſing. *de habitu religionis chriſtianae ad vitam ciuil.* §. 7.

2) PFAFFIVS *in orig. iur. eccleſ. c. IV. art.* 2.

3) in *princip. iur. canon. ſpeciat. iur. eccleſ. publ. et priuati quod per Germ. obtinet.* §. 24.

4) Legi hic praecipue merentur, quae habet BOEHMERVS l. c. *in praeſ. p.* 12. „Sunt omnino„ inquit, „et fuerunt olim *po-„teſtatis ſaecularis* et *iurisdictionis eccleſiaſticae* rationes in Ger-„mania adeo ſeparatae, vt nec *Imperatori* per Imperium, „nec *ſtatibus Imperii* per territoria competeret, quae apud ec-„cleſiam eiusque antiſtites erat, iurisdictio eccleſiaſtica; et de „iuſtis tantum contenderetur vtriusque poteſtatis limitibus: in „quo ex *medio* et *hodierno aeuo* adeo conſpirat imperii formu-„la, vt nec hodienum poteſtas et iurisdictio eccleſiaſtica, ſtri-„cte ſic dicta partem faciat vel *Imperatoriae Maieſtatis* vel „*ſuperioritatis territorialis ſtatuum imperii Catholicorum*, eti-„amſi ceteroquin iisdem ſalua ſint, quae ex *imperio ciuili*, „et ſpeciatim *ex iure reformandi exercitium religionis*, ex *ad-„uocatia* et *ex inſpectione ſaeculari* deſcendunt iura in ſacris. „Quae cum fuerit formula Imperii poteſtatisque ſtatuum impe-„rii *eo tempore*, quo ſacra puriora nata ſunt in Germania; id „quod non minus *in facto* notorio poſitum eſt; cum porro „nec ſtatus Imperii *Euangelici* maiori poteſtate fruiti ſint, „quam ferebat imperii formula: certe *conſtitutionis Germanicae* „ignarum eſſe oportet, qui *ex ſuperioritate territoriali*, quam „ab imperio nexu potiſſimum feudali acceptam ferunt ſtatus impe-

 „rii,

„rii, deducere vellet *poteſtatem eccleſiaſticam*, quae ne quidem „eſt imperatoris et Imperii. Vera itaque eſt communis maio„rum noſtrorum ſententia, qui iura *poteſtatis eccleſiaſticae* „Statuum imperii *Euangelicorum* non ex ſuperioritatis territo„rialis rationibus, ſed ex eodem fonte et titulo ſpeciali expli„cuerunt, ex quo ipſi ſtatus Euangelici eandem, tamquam *ius* „*a ſuperioritate territoriali ſeparatum*, ſibi tribuerunt, etiam„ſi fines vtriusque poteſtatis, in eodem principe coniunctae, „non vbique accurate diſtinxerint."

## §. II.

### DE IVRE MAIESTATICO CIRCA SACRA.

Quodſi autem imperanti, *qua tali*, IVS CIRCA SACRA MAIESTATICVM vindicamus, per illud cum G. L. BOEHMERO, 5) nihil aliud intelligimus quam *ius, vi imperii ciuilis determinandi ea, quae in eccleſia reſpectum habent ad reipublicae ſalutem tutelamue publicam*. Quae quum ita ſint, facile eſt intellectu, ea, quae ad rem publicam minime pertinent, hinc imperio ciuili non ſubſunt, nunquam eſſe obiectum iuris circa ſacra maieſtatici. Merito igitur SACRA INTERNA — *die Glaubens- vnd Gewiſſensſachen* —, quae a cognita doctrinarum veritate et ab vniuscuiusque conuictione dependent, imperio ciuili non ſubiacent, ſed potius liberae cuiuslibet conſcientiae relinquuntur, quum nullam prorſus admittant coactionem 6). Quare et conuerſiones illae armatae, quae vulgo dici ſolent — DRAGONER-

NERBEKEHRVNGEN — fini non ſolum fuerunt penitus contrariae, ſed etiam nullo iuris praetextu defendendae. Certe enim nunquam ſummo imperanti fas eſt, ciues erroris haud legitime conuictos vi poenisque ad abiuranda ſua et amplectenda aliena dogmata compellere. Quomodo quaeſo imperari poteſt, vt quis credat, quod falſum exiſtimat, nec aſſenſum praebeat ei, quod verum putat! Vnde mutatio religionis cuilibet ſubdito libera ſit neceſſe eſt. Principes itaque, dum poteſtatem a Deo ipſis non commiſſam ſibi arrogant, grauiſſimo ſane ſe piaculo adſtringunt, viamque inſiſtunt, indoli religionis chriſtianae quam maxime repugnantem 7) Sed vt omnis euitetur ambiguitas, et vt eo melius intelligi ac cognoſci queat, quousque ſe extendat ius circa ſacra Imperanti qua tali competens; animaduertendum eſt, tribus potiſſimum partibus illud abſolui. *Iure* ſcilicet, *reformandi exercitium religionis*, *inſpectione ſaeculari in eccleſiam et aduocatia eccleſiaſtica* 8). Caueas tamen, ne confundas, quae toto coelo differunt, *ius reformandi* EXERCITIVM RELIGIONIS et *ius reformandi* RELIGIONEM IPSAM 9). Hoc enim eſt ius praecipuum et eſſentiale *ipſius eccleſiae* ex fine *ſocietatis eccleſiaſticae* deſcendens. Illud autem eſt ius imperanti *qua tali* competens, vi cuius EXERCITIVM *religionis* vel concedere, augere, et reſtituere,

 vel,

vel, negare, reſtringere ac plane prohibere poteſt 10). Et quum eccleſia reipublicae ſemper ſit ſubordinata (§. I.); merito quoque imperanti qua tali tribuetur tam INSPECTIO SAECVLARIS IN ECCLESIAM, quae conſiſtit in *iure proſpiciendi, ne ſalus et tranquillitas publica detrimenti quid capiat ex eccleſia et poteſtatis eccleſiaſticae exercitio* 11), quam ADVOCATIA ECCLESIASTICAE, quae continet *complexum iurium in eccleſiam eiusque bona intuitu defenſionis competentium.* Nam per defenſionem eccleſiae eiusue bonorum definiuntur iura omnia, quae aduocatiae inſunt, ſiue ſint publica, ſiue priuata defenſionis iura; eique ideo ineſt poteſtas publica efficiendi, *vt iura, quae eccleſiae in republica competunt, ſalua ac integra permaneant.* Quoniam autem eccleſia ſemel recepta eo ipſo iurium ciuilium fit particeps; optimo quoque iure exſpectare et deſiderare poteſt, vt imperans defenſionem eccleſiae ſuſcipiat. Quam ob rem ſi dicendum quod res eſt, Advocatia eccleſiaſtica non tamquam *ius* Imperanti vindicandum eſt, ſed absque omni dubio etiam obligationibus ſuis merito accenſetur. 12).

5) *l. c. §. 20.* Nihil vero ad rem facit, *cuinam religioni ſit addictus imperans*, et *vtrum membrum eccleſiae ſit*, *nec ne?* Quilibet enim imperans, *qua imperans*, ſine omni reſpectu ad religionem hoc iure gaudet.

6) Nam

6) Nam conuictio tamquam *res intellectus* conſiderata omne reſpuit imperium, quippe per quod perfici et obtineri nequit.

7) Fruſtra hic praetexitur ſacer Zelus, aut amor in ciues, qui nullo modo efficacius exprimi poſſet, quam ſi in erronea deuii ad ſaniora reuocarentur. Quis enim ita ciues amari iuſſit? Saluator ſaltim noſter non elegit diſcipulos *potentes*, ſed homines *inferioris conditionis*, qui omnibus remediis cogendi erant deſtituti, nec niſi docendo, hortando, monendo, a ſuperſtitione et errore ad genuinam pietatem et veritatem genus humanum adduxerunt. In religione igitur, quod ad SACRA INTERNA *armis* nihil effici, nec eorum intuitu principum iuſſus vim obligandi habere poteſt. — *Ein ſolcher Reuterchriſt iſt Gott gewiß nicht angenehm* — Sed quod humano generi eſt honori, noſtris temporibus eiusmodi conuerſiones armatae non amplius ſunt in vſu, aut tamen non adeo frequentes. Sola arma, quibus hodie quis adigi ſolet ad ſacra colenda, ſunt argumenta, perſuaſiones, demonſtrationes et inſtitutiones, quibus principiis religionis imbuimur. — Cui ergo non mirum videbitur, inter nos A. C. addictos, qui omnem conſcientiae ſeruitutem magnopere ſemper deteſtati ſumus, dari viros, qui munere ſacerdotis funguntur, et conuerſiones illas armatas rurſus introducere ſtudent. Erubeſcerem huius rei mentionem facere, niſi iam ante omnium oculos poſita ea eſſet ab AVCTORE *libelli*, cui nomen dedit: *Merkwürdige Vrkunden zur Geſchichte des Duldungsgeiſtes in unſern Zeiten* (1780) Primum enim quod laudatus Auctor exhibet documentum eſt famoſus ille *libellus ſupplex Inſpectoris* WESTHOFF *nomine ſynodi Lutheranae Juliacenſis et Montanae d. d. 14. Januar. 1780*, quo Sereniſſimum Electorem Palatinum hiſce precibus adit: Als habe ich, — — — Ew. Churfürſtl. Durchl. in aller Vnterthänigkeit antreten und bitten ſollen, daſz Hochdieſelbe geruhen mögten, zu genehmigen, daſz wir in vnſern Kirchen der hieſigen Herzogthümer, jedem unſerer Glaubens-Genoſſen zur Warnung öffentlich bekannt machen mögten, *daß alle die Perſonen unſerer Gemeinden, welche nicht in die Kirche giengen, und ihren öffentlichen Gottesdienſt abwarten, und nicht* ORDENTLICH

LICH

LICH JAEHRLICH *nach unſerer Kirchlichen Verfaſſung zum H. Abendmahl kämen*, nach der gehörigen Anzeige von den Predigern jeglichen Orts, auſſer der ordentlichen Kirchen-Cenſur, vorerſt mit einer nahmhaften Brüchten-Strafe, und bey fernerer Hartnäckigkeit mit Leibes-Strafe und Landes-Verweiſung ſollten belegt werden. — — Ohe! iam ſatis eſt Ohe libelle! Quantum diſtat mens illa *Inſpectoris* WESTHOFF ab illa Saluatoris noſtri IESV CHRISTI. Certe eiusmodi *imperatus vſus S. Coenae* manifeſto omnibus doctrinis ſanctae noſtrae religionis chriſtianae repugnat nec vllo modo tolerari poteſt. Effectus enim et finis eucbariſtiae eſt commemoratio mortis Chriſti, fidei confirmatio, obſignatio promiſſionis de remiſſione peccatorum, novae vitae corroboratio, amoris incitatio et ſpiritualis nutritio LVC. XXII, 19. I. CORINTH. X, 17. XI, 24. ſeqq. XII, 13. quae omnia certe nullum admittunt imperium et coactionem. Me quidem non fugit, eccleſiae tanquam *ſocietati* competere ius *excludendi* membra — *herauszubannen* — quae doctrinis eius non conformiter viuunt, ſed plane inauditum quid eſt, *vi adigere aliquem, vt rebus diuinis interſit, et ſacra coena vtatur.* Nunquam ſane tale quid feciſſet WESTHOFIVS ſi diligentiſſime perpendiſſet verba illa notatu digniſſima, quae leguntur in B. LVTHERI *ſcript edit. Altenb. Tom. II.* f. 266. ſeqq. „*Ueber die Seele*, inquit, *kann und will Gott niemand laſſen regieren, denn ſich ſelbſt allein, darum, wo* „*weltliche Macht ſich vermiſſet, der Seelen Geſetze zu geben, da* „*greift ſie Gott in ſein Regiment etc.* — — — *Denn* „*ſo wenig als ein ander für mich in die Hölle oder Himmel fahren kann, ſo wenig kann er auch für mich glauben, oder nicht* „*glauben: Und ſo wenig er mir kann Himmel oder Hölle auf-* „*oder zuſchlieſſen, ſo wenig kann er mich zum Glauben oder* „*Unglauben treiben etc.*“

8) BOEHMER l. c. §. 21. ſeqq.

9) Vulgatum igitur illud: *Cuius eſt regio, illius quoque eſt religio*, dummodo rite intelligatur, nihil iniquitatis continet, ſed potius ex ipſa imperii ſummi ratione fluit. Nihil enim aliud ſigni-

gnificat, quam vt principi *qua principi* denegari nequeat *ius boni publici cauſa determinandi religionis exercitium.*

10) Niſi per leges fundamentales aut pacta hoc ius ſuum ſit reſtrictum, quod, vti infra oſtendemus, intuitu S. R. I. *pace Weſtphalica* factum eſt.

11) Summum maximumque haec *inſpectio ſaecularis* habet ambitum. Vi eius enim Princeps gaudet *iure inſpiciendi doctrinas fidei, catechiſmos et libros canticorum et precum*, quum illius omnino interſit, ne quid in iis contineatur *ſaluti ac ſecuritati reipublicae* nociuum. Minime vero cogere poteſt eccleſiam, vt ea inuita aſſumat catechiſmum a ſe conceptum. Optimam igitur meretur laudem Reſcriptum illud Regis Boruſſiae FRIDERICI M., quod nuperrime intuitu *libri canticorum Berolinenſis nouiter confecti*, quo tam iuſte quam clementiſſime ſingulis quibusdam eccleſiis plenam hac in re reliquit libertatem. Quocum conferri poteſt controuerſia illa a. 1775. *de libro elementari* — A. B. C. BVCH — *Naſſouio - Vilburgenſi* enata, quae legitur: *in den neueſten Religions-Begebenheiten mit vnpartheyiſchen Anmerkungen für das Iahr 1778. Erſter Iahrgang* 1. *Stück p. 12. ſeqq. et 6. St. p. 407. ſeqq.* Ad iura Imperanti *vi ſupremae inſpectionis* competentia vero pertinet etiam ius confirmandi miniſtros eccleſiae, ordinationesque eccleſiaſticas, nec non ius mittendi commiſſarium, qui conuentibus eccleſiae interſit. Quia autem haec inſpectio *ſaecularis* tantummodo verſatur circa ea, quae ad *reipublicae ſalutem et tranquillitatem* pertinent, probe illa diſcernenda eſt ab inſpectione *eccleſiaſtica*, quae eſt *ius collegiale eccleſiae curandi et efficiendi, vt, quae ad eccleſiam et cultum diuinum externum pertinent, ex norma Legum eccleſiaſticarum peragantur*, hinc vnice reſpicit *ſalutem eccleſiae.*

12) Ipſe Imperator, tamquam *Aduocatus vniuerſalis totius eccleſiae chriſtianae* hanc obligationem ſuam non diffiteri videtur. *R. I. Aug.* de 1530. §. 9. verb: Wie Vns als Röm. chriſtl. „Kaiſer, *oberſten Vogt und Schirmherrn der heil. chriſtlichen* „*Kirchen* VON AMTSWEGEN, *Vnſerm Gewiſſen nach*, ge-



büh-

„bühret“ CAPITUL CAESAR. *Art. 1. ſſ. 1.* Zum erſten, „daſz wir in Zeit ſolcher Vnſerer Königlichen Würden, Amt „vnd Regierung, die Chriſtenheit, den Stuhl zu Rom, Päbſtli-„che Heiligkeit, *vnd chriſtliche Kirch, als derſelben Aduocat,* „*in gutem treulichen Schutz vnd Schirm halten* SOLLEN *vnd* „*wollen.*“ Quid? quod Imperator in ipſo coronationis actu iureiurando promittat: *Se velle ſanctis Eccleſiis Eccleſiarumque Miniſtris fidelem eſſe Tutorem et Defenſorem.* Non ſolum autem Catholicis, ſed et *Euangelicis* aequalis eſt praeſtanda defenſio. CAPIT. l. c. §. 10. „*ſondern denen obgedachten Churfürſten vnd ſämtlichen ihren Religionsverwandten im Reich* GLEICHER SCHVTZ *geleiſtet werden* SOLLE“ cf. (IOH. HINR. EBERHARD) *Verſuch einer pragmatiſchen Erläuterung der Kaiſerl. Wahlcapitul. Art. 1. ſſ. 1. und 10.* (im critiſchen Wörterbuch). IAC. FRID. LVDOVICI diſſ. *de protectione ab Imperatore eccleſiis vtriusque religionis in Germania aequaliter debita.* Hal. 1739. ed. 11.) HENRICVS HANKER in diſſ. inaugur. *de iure circa ſacra, in ſpecie de iure reformandi exercitium religionis cum annexis quod Imperatori ſtatibusque S. R. I. competit,* (Gött. 1780.) §. 22.

## §. III.

### QVOD TAMEN NON VNO EODEMQVE MODO IMPERANTI COMPETIT.

Ius circa ſacra maieſtaticum multis variisque *limitibus* circumſcribi poſſe, fugit neminem. Alia ſane ſunt iura ſummi Imperantis, qui imperium habet *plane illimitatum*: et alia principis, cuius poteſtas eſt *valde reſtricta.* Quam ob rem ab vna ciuitate ad alteram non valet conſequentia. Omnia potius *ex legibus cuiuslibet reipublicae fundamentalibus indubitataque vim legis*

habente

*habente obſeruantia* diiudicanda ſunt. Ne vero actum agere et quod centies iam dictum ſcriptumue ſit, recoquere videamur, de hocce argumento a nemine forſan in dubium vocato *ſecundum principia iuris publici vniuerſalis* longe lateque diſputare nolumus, quippe quod non ſolum ab inſtituto noſtro alienum, ſed etiam prorſus inutile foret ac ſuperfluum, quum viri magni nominis non infelici ſucceſſu iam diu hanc pertractarint materiam, ad quos breuitatis ſtudio lectorem ablegamus 13). Id duntaxat breuibus perquiremus: an *iuris circa ſacra maieſtatici exercitium ad cleri conſenſum ſit adſtrictum*; Eo magis operam noſtram non penitus inutilem fore confidimus, quo certius eſt, clerum — DIE GEISTLICHKEIT — haud raro id egiſſe, vt *ſub colore iuris diuini* ſummum imperium plenamque exemtionem a republica et independentiam poteſtatis et iurisdictionis eccleſiaſticae ſibi arrogarent 14), ſed etiam tam directe, quam per indirectum impedirent, quo minus imperans libere ius ſuum exerceret circa ſacra maieſtaticum.

13) De quibus nominare tantum lubet GE. GOD. KEVFFELII *elementa iurispr. eccleſ. vniuerſal.* IO. VLR. DE CRAMER *de iure maieſtate et colleg. circa ſacra.* HVG. GROTIVM *de imperii ſuprema poteſtat. circa ſacra.* HERM. CONRING *de maieſtatis ciuil. auctoritate et offic. circa ſacra.* VON VATTEL *Völkerrecht.* HEINR. GOTTFR. SCHEIDEMANTEL *Staatsrecht nach der Vernunft vnd den Sitten der vornehmſten*

ſten *Völker.* Ien. 1770. IO. CHR. MAYER *teutſches geiſtl. Staatsrecht etc. etc.*

14) CHRIST. THOMASIVS *in hiſtoria contentionis inter imper. et ſacerdotium.* Nemo ergo dubitabit, quin ſummo reipublicae detrimento eſſe poſſit *dominatus eccleſiaſticus*; id quod hierarchia romana quam luculentiſſime probari poteſt, quum eccleſia, quae tamquam ſocietas ſubordinata recepta fuit in republica, ipſam rempublicam ſibi ſubiicere auſa fuerit. cf. MARC. ANT. MARCELLVS *de iure ſeculari pootificum Roman. c. 34. X. de Elect. c. 13. X. de iud. c. 1. Extrau. comm. de maiorit. etc. etc.*

## §. IV.

### QVIS IN S. R. IMPERIO IVRE CIRCA SACRA GAVDEAT.

Attamen prius quam ad ipſam tranſeamus quaeſtionem propoſitam, videamus primum, *quibus in genere in S. R. Imperio competat ius illud circa ſacra?* Quodſi vero accurate reſpondere velimus, diſtinguere nos oportet inter exercitium huius iuris *per totum Imperium Germanicum*, et inter illud *per ſingula imperii territoria.* De ſingulis ſigillatim, licet paucis tantummodo verbis, trademus.

## §. V.

### a) PER TOTVM.

Quamuis ſupra (§. I.) iam euictum dederimus, cuilibet ſummo imperanti ius circa ſacra maieſtaticum com-

competere, et quamuis extra omnem dubitationis aleam poſitum ſit, Imperatorem eſſe *caput totius S. R. Imperii — das Reichsoberhaupt* — valde tamen errant 15), qui per totum Imperium Germanicum *ſoli* Imperatori hoc tribuunt, et adeo *ex inſtrumento Pacis Osnabrugenſis* illud probare adnituntur. Facies S. R. Imperii enim quum multas ſenſim paſſa eſt viciſſitudines, facile quilibet perſpiciet, ius circa ſacra maieſtaticum non ſemper vno eodemque modo in Germania fuiſſe exercitum. Pro diuerſitate enim temporum mox liberiorem, mox magis reſtrictam, Imperatores hac in re habuerunt poteſtatem 16). Ab antiquiſſimis temporibus, quibus chriſtianam amplexi ſunt religionem Imperatores, ſtatim quoque iura maieſtatica circa ſacra ſibi vindicaſſe, nec Epiſcopis et conciliis niſi curam eorum, quae *intra eccleſiam* ſunt, reliquiſſe, ex hiſtoria conſtat 17). Sic CONSTANTINVS M. „*Vos quidem*", inquit, „*in iis, quae* INTRA *eccleſiam ſunt, epiſcopi eſtis,* „*ego vero in iis, quae* EXTRA *eccleſiam ſunt, a Deo epiſcopus ſum conſtitutus* 18). Non vna quidem omnium eſt ſententia, quo iure CONSTANTINVS M. hanc ſibi arrogare potuerit poteſtatem, illorum tamen merito, ſi quid videmus, praeferenda eſt opinio, qui illi, *tamquam ſummo imperanti,* eam competiuiſſe contendunt. *Qua talis* enim optimo iure *ſupremam ciuilem*

 *in*

*in ſacra inſpectionem*, *tutelam ac iurisdictionem* in cauſis litibusque *interna* non reſpicientibus exercuit 19), nec non eccleſiae chriſtianae, quae tunc temporis ſub ethnicis Imperatoribus *priuata* tantum nec *adprobata* quidem fuerat ſocietas, publicum conceſſit religionis exercitium, antiqua reſtituit templa, nouaque Deo conſecrauit. Id quod *vi iuris reformandi exercitium religionis*, quippe quod ſub iure circa ſacra omnino continetur, indubitate illi licebat. Ex eo igitur tempore, quo Imperatores primum Chriſtianorum caſtra ſequebantur, omnia fere negotia eccleſiae, epiſcopis licet aegre hoc ferentibus 20), ex eorum nutu pendere viſa ſunt. Non inutile et lectori iniucundum fore ſperamus, ſi ex Edicto anno CCCXIII. Mediolani ab Imperatoribus CONSTANTINO M. et LICINIO publicato 21), *liberi chriſtianae religionis exercitii conceſſionem* ſpectante verba notatu digniſſima hic inſerimus, quae ſequuntur: „*Cum feliciter tam ego* CONSTANTINVS *Auguſtus*, „*quam etiam ego*, LICINIVS *Auguſtus ante Mediolanum conueniſſemus*, *atque vniuerſa*, *quae ad commoda et ſecuritatem publicam pertinerent*, *in tractatu haberemus*: *haec inter caetera*, *quae videbamus pluribus hominibus profutura*, *vel in primis ordinanda eſſe credidimus*, *quibus diuinitatis reuerentia continebatur*, *vt daremus et chriſtianis et omni*-

*„bus liberam poteſtatem, ſequendi religionem, quam „quisque voluiſſet, quo quicquid diuinitatis in ſede „coeleſti nobis atque omnibus, qui ſub poteſtate noſtra „ſunt conſtituti, placatum et propitium poſſit exiſtere. „Itaque hoc conſilio ſalubri ac rectiſſima ratione in- „eundum eſſe credidimus, vt nulli omnino facultatem „abnegandam putaremus, qui vel obſeruationi chri- „ſtianorum, vel ei religioni mentem ſuam dederet, „quam ipſe ſibi aptiſſimam eſſe ſentiret; vt poſſit nobis „ſumma diuinitas, cuius religioni liberis mentibus ob- „ſequimur, in omnibus ſolitum fauorem ſuum beneuo- „lentiamque praeſtare“* — — —

*„Quae ſollicitudini tuae pleniſſime ſignificanda eſſe cre- „didimus, quo ſcires, nos* LIBERAM ATQVE AB- „SOLVTAM COLENDAE RELIGIONIS SVAE FACVL- „TATEM *hiſce Chriſtianis dediſſe. Quod cum iisdem „a nobis indultum eſſe peruideas, intelligit dignatio „tua, etiam aliis religionis ſuae, vel obſeruantiae po- „teſtatem, ſimiliter apertam et liberam, pro quiete „temporis noſtri eſſe conceſſam, vt in colendo, quod „quisque diligeret, habeat liberam facultatem.“* Vti- nam omnes Imperantes ſtatusque Imperii aurea huius edicti verba ſemper memoria tenerent, nulla ſane vnquam audirentur religionis grauamina, quorum nu- merus hodie fere eſt infinitus 22); ſed e contrario me- lius omnino ſtaret reipublicae germanicae ſalus.

15) CASPAR ACHAT. BECK in diſſ. *de aduocatia Imperat. eccleſiaſt, eademque triplici ſuper Art. I. Capit. Caroli VI. Ien. 1721.* praeſertim vero HENRICVS HENNIGES *de ſumma Imperatoris poteſtate circa ſacra pag. 53.* „*Notabi-„lia*, inquit, *ſunt verba Receſſus anno 1544. conditi* §. Erſt-„lich der ſtreitigen Religion halber etc. *in quo ſui officii Ca-„rolus eſſe dicit, diuerſas in imperio religiones conciliare, et „ad vnam veram reducere. Clarius idem illud in Receſſu de „1548. exprimit, ſide ſtatibus interpoſita, ſi quae in ſacris „ceremoniis erroris aut ſuperſtitionis plena irrepſerint, a ſe „emendatum iri, et nouiſſima Osnabrügenſis Pacificatio Im-„peratori Romano idem ius dat reformandi religionem, quod „alii reges et principes in ſuis rebuspublicis habent.*" Sed quam maxime illum fallere in adplicatione legum, iam ſolide oſtendit IOANNES IACOBVS MOSER in tract. *von denen Kaiſerl. Regierungs-Rechten und Pflichten p. 260.* et quod in ſpecie *ex I. P. O. art. V.* §. *39.* eruere voluit, infra adhuc paucis ſub cenſuram vocabimus.

16) Quaenam Imperatores iura praecipue exercuerunt, dilucide ex ſcriptoribus coaeuis tradit MICHAEL IGNAT. SCHMIDT *in der Geſchichte der Deutſchen, P. I. p. 339. ſeqq.* „Das Vor-„züglichſte, inquit, beſtand in folgendem: Sie beriefen die „Biſchöfe zuſammen, wenn es ihnen beliebig war, legten ih-„nen die Berathſchlagungspuncte vor, und die von ihnen ge-„machten Canonen muſſen erſt von dem Könige beſtätigt wer-„den, wenn ſie einige Kraft haben ſollten. - - - Hingegen „durften ſich die Biſchöfe ohne Königlichen Conſens nicht ver-„ſammeln, und wenn ſie es thaten, wurden ſie von dem Kö-„nige nach Hauſe gewieſen." - - - Die Könige übten auch die vollkommene Gerichtsbarkeit über die Biſchöfe, Aebte und andere Geiſtlichen aus, wenn es Kirchen oder ihre einige „Güter betraf. - - - Die Könige ſetzten öffentliche Buſs-„und Bettage an, beſtimmten das Verhalten dabey, und ſo-„gar das Maaſs des Eſſens und Trinkens." IDEM *l. c. p. 604. ſeqq. Part. II. p. 186. ſeqq. et 461. ſeqq. Part. III. p. 216. ſeqq. et Part. IV. p 566. ſeqq.*

17)

17) GREGORIVS TVRONENSIS in *hiſtoria Francorum L. X. c. 16.* „Quibus conceſſa eſt regio, rectiſſime ſuas cauſas „patefacit religio, intelligens, ſacro ſancto participante Spi„ritu eorum, qui dominantur, ſe ſociari et conſtabiliri decreto."
18) EVSEBIVS in *Vita Conſtantini M. L. IV. cap. 24. et 27.*
19) IVST. HENN. BOEHMER *in Obſ. ad Petr. de Marca de conc. ſacerd. et Imp. Lib. V. c. 3. p. 114. ſeq.* FRANC. BALDVINI *Conſtantinus M. ſ. de Conſtantini Imp. legib. eccleſiaſt. et civil. (in Tom. I. iurisprud. Rom. et Atticae p. 570.)* cf. SCHMIDT *l. c. P. I. p. 342. ſeq.* „Sobald die Könige die „chriſtliche Religion angenommen, ſuchten die meiſten Kirchen vnd Klöſter um ihren beſondern Schutz an, um wider „alle Gewaltthätigkeiten, die noch immer ſtark im Schwange „giengen, deſto beſſer geſichert zu ſeyn. Die darüber aus„gefertigte Vrkunde ward *Charta de Mundeburde Regis et* „*Principis* — ein Vormundſchafts- oder Schutzbrief des Kö„nigs — genennet." MARCVLFVS *L. 1. form. 24.*
20) cf. ATHANASIVS *in epiſt. ad ſolitar. vitam agendam* enarrat, HOSIVM epiſcopum Codubenſem ſic hortatum eſſe Conſtantinum: „TIBI *Deus imperium commiſit*, NOBIS, *quae ſunt eccleſiae, concredidit. Et quemadmodum, qui Tuum imperium malignis oculis carpit, contradicit ordinationi diuinae; ita et Tu caue, ne, quae ſunt eccleſiae, ad Te trahens, magno crimine obnoxius fias.*" Sed ſurdo narrabatur fabula.
21) Quod exhibet LACTANTIVS *de mort. perſecutor.* c. 48.
22) EBERH CHR. WILH. VON SCHAVROTH *vollſtändige Sammlung aller Concluſorum, Schreiben und anderer übrigen Verhandlungen des hochpreislichen corporis euangelicorum vom Jahr 1663. bis 1752. Regensb. 1751. et 1752. in fol. III. Bände.*

## §. VI.

### S. R. IMPERIVM.

Ne autem longius iuſto a propoſito noſtro declinemus, vlterius proſequi nolumus *antiqua* Impera-



torum

torum iura circa ſacra, quippe quae, fundata ſenſim hierarchia Romana, quod ad maximam partem fere ſunt amiſſa. Non penitus tamen praetermittere poſſumus quaeſtionem: *an hodie per totum S. R. I. Caeſari competant iura circa ſacra?* tametſi per tranſennam duntaxat hac de re agere liceat. Sunt, vti oſtendimus (§. praec.), qui ampliſſimam hodieque *ſoli* vindicant *Imperatori* circa ſacra poteſtatem; ſunt vero etiam, qui *ne minimum quidem Imperatori in religionem et ſacra ius eſſe contendunt* 23). Sed vtriusque partis ſententia ita comparata eſt, vt neutram adoptare, noſtramque facere poſſimus. Falſum enim non ſolum eſt, et claris legum imperii litteris obſeruantiaeque imperii repugnat, Imperatori plane nullum ius circa ſacra competere, ſed et *pleniſſimum* ius circa ſacra aeque minus ſimpliciter illi tribui poteſt. Quid ergo ſentiendum ſit? quaeres. Et reſpondemus: *Medio tutiſſimus ibis.* Quemadmodum in genere non absque multis incommodis *regulae* iuris publici germanici *vniuerſales* condi poſſunt; ita tutius quoque et melius eſt, de iuribus circa ſacra maieſtaticis *generaliter* nihil determinare, ſed de ſingulo ſigillatim iudicare. Quaedam enim iura circa ſacra adhuc hodie omnino *ſoli Imperatori* ſunt adiudicanda; quaedam vero illi *plane non*, et quaedam *non niſi cum conſenſu ſtatuum* competunt. Quod ad *primum* genus attinet,

net, non omnia quidem hic recenſere, ſed generaliter tamen animaduertere licet, omnia iura circa ſacra maieſtatica, *quae ex ſuprema inſpectione ſaeculari et aduocatia eccleſiaſtica deſcendunt*, Imperatori *qua tali* per *totum S. R. I.* ſalua eſſe ſeruata 24). Itaque Caeſari ſine vllo dubio competit ius, *absque conſenſu ſtatuum imperii* per edicta Caeſarea id, quod in cauſis religionis et eccleſiaſticis iam ſemel Leges imperii ſanxerunt, ſuo tempore renouandi, et vt mos iis geratur iubendi, 25) nec non impediendi et curandi, ne inſtituta eccleſiae et ſchismata in reipublicae detrimentum vergant. Ius quoque illi eſt, *commiſſarium ablegandi ad electiones Praeſulum Germaniae* 26), qui generatim prouidere debet, ne electio fiat contra leges 27), nec ipſius Imperatoris iura laedantur. Ad *ſecundi generis* iura Caeſari *non competentia* merito refertur ius *controuerſias religionis ſecundum normam legum imperii decidendi*, et *doctrinas fidei* definiendi, et quae ſunt alia. Ad *tertii* denique *generis* iura, quae ſcilicet exercere nequit, niſi conſenſu ſtatuum imperii interueniente, ante omnia pertinet *ius reformandi exercitium religionis per totum Imperium Romano-Germanicum* 28), tanquam praecipua iuris circa ſacra maieſtatici pars. Fallunt igitur falluntur que, qui *ſoli Caeſari* ius reformandi exercitium religionis vindicant per Imperium Germanicum ad I. P.

 O. art.

O. art. V. §. 39. prouocantes. Negligunt enim, quod negligere par non eſt, *duplicem* perſonam, quam Imperator Romanorum ſuſtinet. Primo nempe conſiderari poteſt, qua *caput totius S. R. Imperii*, et deinde qua *Dominus territorialis*, *inter ſtatus Imperii* 29) refertur. Quodſi igitur verba l. P. O.: „*quamuis Caeſareae Maie*„*ſtati ius reformandi exercitium religionis non minus*, „*quam aliis Regibus et principibus competat*,“ penitius perpendimus, nullum plane ſupereſſe poteſt dubium, quin hic duntaxat ſermo ſit de iure reformandi exercitium religionis, quo Imperator in *terris ſuis Auſtriacis et Sileſiacis hereditariis gaudet* 30), minime vero de iure *Caeſari* qua *tali* per Imperium competente, quippe de quo ibi ne littera quidem exſtat. Vnde miramur, quod GEORGIVS LVDOVICVS BOEHMERVS 31), qui alias recte contendit, *per Imperium Romano-Germanicum* Ius reformandi eſſe *penes Imperatorem et ſimul penes ſtatus imperii*, hoc probare ſtudeat ex allegata Pacis Weſtphalicae diſpoſitione 32).

23) HIPPOLITVS LAPIDE *de ratione ſtatus P. I. Sect. VIII.*

24) Nam ſi dicendum, quod res eſt. aduocatia cuicumque imperanti, *qua tali* competit (§. 11.) ipſam religionem nullo modo tangit, hinc Caeſari neque obligatio, neque ius eſt in controuerſiis, qua *circa doctrinas fidei* inter perſonas chriſtianae religioni addictas ortae ſunt, a partibus alicuius ſtare aut deciſionem ſibi ſumere. MOSER *von den Kaiſerl. Regierungsrechten und Pflichten cap. XIV. p. 242.* Regulariter

quoque

quoque Aduocatus non aliter ſuam exercet aduocatiam, quam vbi eccleſia publico *indiget* auxilio ac brachio ſaeculari. *Ex officio* — von Amtswegen — igitur Caeſar eccleſiam defendere eique inuitae deſenſionem et tutelam obtrudere nequit, niſi iis in caſibus exceptis a MOSERO l. c. p. 255. allegatis. cf. G. L. BOEHMER l. c. §. 23.

25) CAPIT. CAES. NOVISS. *art. II.* §. *4.* „Desgleichen „auch andere des Heiligen Reichs-Ordnungen vnd Geſetze, ſo„viel dem obgedachten im Iahr 1555. zu Augsburg aufge„richteten Reichs-Abſchied, vnd mehrerwehntem Friedens„Schluſs nicht zuwider ſeynd, *erneueren.*“ CAROLVS IV. quoque A. 1715. Edictum publicauit: „*daſs keiner, von was „für unter denen im Reich zugelaſſenen Glaubens-Bekäntniſſen „er auch ſeyn möge, den andern, ſo nicht ſeiner Religion iſt, „weniger aber die Glauben ſelbſt, mit Worten, läſterlichen „Büchern, Schriften, Schmäh-Carten, ſchimpflichen Gedich„ten, Gemähl den, Kupferſtichen, oder andern dergleichen „Erfindungen boshaft ohnbeſcheidener Weiſe angreifen, „ſchmähen, oder ſonſt ſpöttiſch anziehen vnd durchlaſſen, mithin „auch niemand einige gegen die Staats-Regierung vnd Grund„Geſetze des Heil. Röm. Reichs angeſehene Lehren aufbrin„gen ſolle*“ quod exhibet IOH. IAC. SCHMAVSS *in Corp. iur. publ. p. 1265 ſeqq.* cf. FABRI *Staats-Canzley P. XXVI. p. 728. ſeq.* ELECTA *iuris publ.* T. VIII. p. 81. *Neueſte Sammlung der R. A. T. IV. p. 336.* EVANGELICI quidem contra *decretum Commiſſionis Caeſareum* intuitu reliqui tenoris, quo ſe grauari putarunt, ſupplices ad Imperatorem miſerunt litteras, ne publicaretur hocce Edictum; poſtea tamen contra ipſum laudatum Edictum Caeſareum non ſolum nihil amplius monuerunt, ſed potius Caeſari in poſterioribus litteris d. d. 30. Dec. 1730. gratiam perſoluerunt pro renouatione priſtinarum Legum et Mandatorum. MOSER *l. c. p. 275. ſeq.*

26) G. L. BOEHMER *l. c.* §. *501.*

27) Omnino huc referri meretur *nouiſſimum Concluſum iudicii imperialis aulici* d. 28. Aug. 1781., *in cauſa Epiſcopi Spirenſis*

*renſis et Capituli in puncto iurium territorialium et epiſcopalium publicati*, *quod ita ſonat*: *„Ob ſchon das Capitel bis „zur Beſetzung des Biſchöflichen Stuhls die innerlichen vnd „äuſſerlichen Regierungsgeſchäfte allerdings zu beſorgen hat; „ſo ſoll es dennoch die demſelben währender Sedisuacanz von „R. Maieſtät, als oberſten Lehnsherrn belaſſene* poteſtatem vi„cariam et nude adminiſtratoriam, *weiter nicht, als auf ſolche „Handlungen erſtrecken, aus deren Verſchub dem Hochſtift „oder deſſen Vnterthanen ein weſentlicher vnd unerſetzlicher „Schaden erwachſen, die Iuſtizverwaltung gehemmt, oder „ſonſten die allgemeine Ruhe vnd Sicherheit geſtört werden „könne. Es ſoll ſich aller Abänderung der Landesfürſtlichen Ge„ſetze für die Zukunft enthalten, vnd keine Aenderung bey der „Dienerſchaft machen. Auch ſoll während Erledigung des „Biſchöflichen Stuhls aller Bezug an Geld vnd Naturalien, „oder ſonſtige Zuwendung einiger Nutzungen dem Capitel ein „für allemal verboten bleiben. Endlich wird die der Landes„herrlichen Gewalt nachtheilige Clauſel, den Herrn Fürſt „Biſchof zur Begenehmigung aller zur Zeit des Interregni „vnternommenen Handlungen zu verbinden, gänzlich caſſirt „vnd annullirt.“* Vid. POLITISCHES IOVRNAL *de 1781 Menſ. Nouemb. p. 389.*

28) (PHIL. BERNH. ZECH) *meditat. de origine, indole, effectibus atque hiſtoria iuris reformandi Regum atque Principum, nec non Statuum imperii R. G. circa religionem* (Frf. 1728.) GE. LVD. BOEHMERI *orat. de iure cognoſcendi et ſtatuendi de tolerandis his, qui communes religionum in Germ. approbatar. doctrinas publice impugnant.* Gött. 1779. *P. II. cap. IV. §. 70. ſ.*

29) Tametſi enim olim ampliſſima fuerint Imperatorum domania et reditus vaſtiſſimi; tamen hodie ne vllum quidem pedem in Germania habent, qui in eorum *qua talium* poteſtate ſit. Quare nec niſi magnorum territoriorum Dominus ad dignitatem Imperatoriam produci poteſt. cf. IOH. STEPH. PÜTTERS *Beyträge zum teutſchen Staats- und Fürſtenrecht.*

*P. I.*

*P. I. Nro. II. pag. 47. n. 54.* „Da das Teutſche Reich „ſeinem Oberhaupte keine ſtandesmäſſige Einkünfte anzuweiſen hat; *ſo kann kein Kaiſer gewählet werden, als einer, der* „*eigne Erblande von ſolchem Belange hat, daß er den Auf*„*wand, den die Kaiſerwürde erfordert, davon beſtreiten*, und „für ſich und ſeine Familie und Hofhaltung aus eigenen Mit„teln beſtehen kann. *Daher ein Kaiſer allemal zweyerley* „*Perſonen vorſtellt, indem er anders als* KAISER, *anders* „IN ANSEHVNG SEINER ERBLANDE *zu betrachten iſt.*“

30) Quum enim Auſtriaci in prouinciis ſuis hereditariis noluerint tolerantiam religionis euangelicae ex anno normali vlloue alio ex pacto teneri; ſpeciatim Suecis intercedentibus et in gratiam ſtatuum Euangelicorum ſubditis ſuis A. C. addictis beneficia quaedam hoc loco notata concesſerunt.

31) *l. c. ſſ. 262.*

32) Certe enim ne verbum quidem de iure Caeſaris reformandi *per Imperium* continet. Id quod MOSER l. c. p. 260. iam monuit contra ſupra laudatum HENR. HENNIGES verbis: „und zu deſſen Beweis den Art. 5. §. 39. Quod vero ad Comi„tes, anführet, in welchem doch kein Wort hievon enthalten iſt, „*noch deſſen auf die Oeſterreichiſche Erblande gehende Diſpo*„*ſition ohne Vmſturz der ganzen Reichsverfaſſung in Reli*„*gions-Sachen alſo erkläret werden kann.*“

## §. VII.

### b) PER SINGVLA SINGVLORVM STATVVM TERRITORIA.

Ea enim eſt imperii noſtri forma, ab omni alia in aliis rebuspublicis Europaeis diuerſa, vt, licet omnes Status imperii nexum erga Imperatorem et Imperium agnoſcant, et in vno erga Caeſarem et Imperium conſpirent

ſpirent obſequio; tamen plena gaudeant ſuperioritate territoriali, multisque aliis iuribus ſublimioribus 33). Quae quum ita ſint, ius circa ſacra maieſtaticum *vnicuique* 34) *ſtatui imperii in ſingulis territoriis* recte vindicatur vi *ſuperioritatis territorialis*, a qua ſola dependet. Sed ſupra (§. III.) iam monuimus, Ius circa ſacra non niſi ex praeſcripto legum fundamentalium exerceri poſſe. Inde in Imperio Germanico Ordines et Proceres imperii non *pro lubitu* eo gaudent, ſed in exercitio huius iuris ad fines *Pace religioſa et Weſtphalica* praeſcriptos adſtricti ſunt, ita vt *inter Catholicos et A. C. addictos ſtatus exercitium religionis* ſiue publicum, ſiue priuatum vnice ex anno normali 1624. dependeat. Quatenus igitur *quacunque dicti anni parte* Statuum ſubditi illud habuerunt, eatenus exercitium, ſiue certo pacto aut priuilegio, ſiue longo vſu, ſiue ſola denique obſeruantia anni 1624. fundetur, illis quoque in poſterum relinquendum eſt vna cum annexis 35). Quis vero non videt, hoc ita tantummodo intelligendum eſſe, vt *iis inuitis* religionis exercitium in eorum praeiudicium non poſſit reſtringi. Minime enim Statibus interdictum eſt, *maiora* illis concedere iura, quam dicto anno habuerunt, hinc nulli dubio obnoxium eſt, quin Dominus territorii *eiusdem* cum territorio *religionis* ſine huius praeiudicio alteri religioni exercitium religionis, quod tunc

tempo-

temporis nondum habuit, ſiue priuatum ſiue publicum concedere queat 36). Aliud tamen dicendum, quando Dominus territorialis, qui diuerſam a dominante profitetur religionem, *ſuae* religioni exercitium, quod anno 1624. non habuit, concedere conatur. Hoc enim caſu Ius reformandi non ex ſuperioritate territoriali, ſed *ex ſola anni decretorii norma* ortum habet, quippe a qua recedi nequit, niſi interueniente mutuo principis et ſubditorum conſenſu 37). Aſt forſan nobis obiicies, hanc diſtinctionem Inſtrumento Pacis Osnabrugenſi eſſe contrariam, expreſſis verbis ſancienti: 38) „quum eiusmodi „*ſtatibus immediatis cum iure territorii et ſuperiorita*„*tes*, ex communi per totum imperium hactenus vſitata „praxi, *etiam ius reformandi exercitium religionis* „*competat*, ac dudum in pace religionis talium Statuum „ſubditis, ſi a religione domini territorii diſſentiunt, be„neficium emigrandi conceſſum, inſuper maioris con„cordiae inter Status conſeruandae cauſa cautum fuerit, „quod nemo alienos ſubditos ad ſuam religionem pertra„here, eaue cauſa in defenſionem aut protectionem ſuſci„pere, illisue vlla ratione patrocinari debeat: *conuen*„*tum eſt, hoc idem porro quoque ab vtriusque religio*„*nis Statibus obſeruari, nullique Statui immediato ius,* „*quod ipſi ratione territorii et ſuperioritatis in nego*„*tio religionis competit, impediri oportere.*“ Non negamus

gamus quidem , nec vllo modo negarepoſſumus, Statibus imperii vtique hic aſſeri ius reformandi vi *ſuperioritatis territorialis.* Attamen non veremur , iſtam obiectionem nos tangere. Quamuis enim I. P. O. loco allegato Statibus imperii ius reformandi cum iure territorii et ſuperioritatis tribuat; mox tamen quoque addit exceptionem: „HOC TAMEN — ſcilicet iure refor„mandi — NON OBSTANTE *Statuum Catholicorum* „*Landſaſſii, Vaſalli et Subditi cuiuscunque generis, qui* „*ſiue publicum, ſiue priuatum Auguſtanae Confeſſionis* „*exercitium anno 1624. quacunque anni parte, ſiue certo* „*pacto, aut priuilegio, ſiue ſolo longo vſu, ſiue ſola* „*denique obſeruantia dicti anni habuerunt*, RETINE„ANT ID ETIAM IN POSTERVM, *vna cum anne*„*xis, quatenus illa dicto anno exercuerunt, aut exer*„*cita fuiſſe probare poterunt.*" 39)

33) IO. HENR. CHRIST. DE SELCHOW *Elem. iur. publ. Germ. Tom. 1. ſſ. 196.*

34) OMNIBVS STATIBVS *quum ſine vllo diſcrimine* hoc aſſeratur in I. P. O. art. V. §. 30. vi ſuperioritatis territorialis; conſequens eſt, ciuitates liberas imperiales quoque gaudere hoc iure reformandi exercitium religionis. Diſerte enim in I. P. O. art. V. §. 29. cauetur: „*Liberae imperii ciuitates Prout* „*omnes aequae ac ſingulae ſub appellatione* STATVVM „IMPERII *non tantum in pace religionis et praeſenti eius*„*dem declaratione ſed et* ALIAS VBIQVE *indubitate conti*„*nentur, ita et ex illarum numero eae, in quibus vnica tantum* „*religio anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo quarto in vſu fuit,*

„TAM

„TAM RATIONE IVRIS REFORMANDI, QVAM ALIO-„RVM CASVVM RELIGIONEM CONCERNENTIVM „*in territoriis ſuis reſpectu ſubditorum non minus*, *ac intra* „*muros et ſuburbia* IDEM CVM RELIQVIS STATIBVS „SVPERIORIBVS IVS HABEANT, *adeoque de illis gene-* „*raliter diſpoſita et conuenta*, DE HIS QVOQVE DICTA „ET INTELLECTA SVNTO." Manifeſte ciuitatibus imperii liberis eadem iura tribuuntur, quae ceteris reliquisque Statibus imperii competunt. Alia vero quaeſtio eſt, *an ciuitates imperii reliquis* SVPERIORIBVS IMPERII PROCERIBVS *omnimodo ſint exaequatae?* Quodſi accurate reſpondere vis, diſtinguere te oportet ad euitandam omnem facile alias ſuboriundam ambiguitatem: *vtrum ſermo ſit de iis iuribus, quae ciuitates imperii habent intuitu ciuitatis ejusque territorii* — ihrer Stadtverfaſſung —? *an de ſolo dignitatis gradu?* Quod ad primum quaeſtionis membrum attinet, non dubitamus, quin eadem iis tribuamus iura et priuilegia, quae ceteris Statibus imperii non diſputantur. Si enim IDEM *cum Statibus imperii ſuperioribus* IVS in ſupra allegato loco I. P. O. illis confirmatur, Imperator ſane non maiora ſibi in eas arrogare poteſt iura, quam ipſi in reliquos Ordines imperii competunt. Et quomodo quaeſo idem ius cum reliquis Statibus imperii ſuperioribus illis confirmari poſſit in ipſis Pacis Weſtphalicae tabulis, ſi nihilominus *quod ad iura* maneret inter eas et reliquos ſtatus differentia? Nos quidem non ignoramus, paſſum illum I. P. O ſaepius laudatum ab initio aliter fuiſſe conceptum, et loco: *idem cum reliquis Statibus ſuperioribus ius habeant:* compilatores P. W. hiſce vſos eſſe verbis: *reliquis Statibus imperii ſuperioribus omnimodo aequales.* Quae verba *omnimodo aequales* ex monito Electoris Saxonici ſunt omiſſa, eorumque loco ea poſita, quae nunc leguntur. Enimuero quantum nos videmus, hoc aſſertioni noſtrae non eſt contrarium, quatenus nempe loquimur de primo quaeſtionis membro. Nam intuitu *dignitatis gradus*, tamquam ſecundi quaeſtionis membri magna vtique obtinet differentia ratione *ordinis* et *dignitatis*, quam ipſa denominatio: Statuum *ſuperiorum* iam indicat, et quae res adeo no-

 toria

toria eſt, vt eam ob cauſam Collegia Electorum et Principum in relatione ad collegium ciuitaten ſe tam in Legibus, quam in quotidiana praxi vt plurimum dicuntur: *duo ſuperiora Collegia imperii — die beyden höhern Reichs-Collegia* I. I: MOSER *von den teutſchen Reichsſtänden. L. II. c. V. p. 1208 ſeq.* Excepto itaque dignitatis gradu intuitu iurium non differunt, ſed omnia, quae de Statibus generaliter ſunt diſpoſita, quoque de ciuitatibus imperii valent.

35) I. P. O. *art. V. §. 30.*

36) Quum enim ius circa ſacra maieſtaticum cuilibet imperanti vi imperii ciuilis competat, (§. I.) et ius reformandi exercitium religionis praecipuam eius partem conſtituat, hoc autem in primis conſiſtat in concedendo, amplificando, negando aut reſtringendo exercitio religionis; neceſſe ſequitur, vt conceſſio exercitii religionis alterius nulli Statui imperii poſſit diſputari, quatenus limites praeſcripti ſeruentur. cf. *Synopſis fundamentorum, vermöge welcher behauptet werden kann, daſs das Ius reformandi, ſiue de religione diſponendi dem Iuri territoriali anklebe und davon dependire, und im I. P. dem Landesfürſten nicht benommen, ſondern vielmehr beſtättigt ſey.* (in LVNIGS Grundfeſte Europ. Potent. Gerechtſ. P. I. p. 146.)

37) IO. STEPH. PÜTTER *Elem. iur. publ. germ.* (edit. II.) *T. II. §. 615.*

38) I. P. O. *art. V. §. 30.*

39) *I. P. O art. V. §. 31.*

## §. VIII.

### QVOD CONTINVATVR.

Verum igitur vtique eſt manetque, cuilibet Statui imperii competere ius circa ſacra maieſtaticum, *vi ſuperioritatis territorialis*, quatenus *obſeruantiae anni decretorii* non aduerſatur, 40) quippe quae inter Euangelicos

*gelicos* et *Catholicos* eſt norma generalis omnis religionis exercitii tam publici, quam priuati eiusque annexorum. Sed alia omnino eſt quaeſtio: *an inter ipſos Proteſtantes, Lutheranos ſcilicet inter et Reformatos, valeat norma anni decretorii?* quae minime expediti adeo iuris eſt, vt nullis obnoxia ſit dubiis. Nam anno 1695. quum in iudicio Camerae imperialis haec quaeſtio ventilaretur in caſu *Franckfurth* contra *Hanau*; Aſſeſſores Camerae imperii eam ita dubiam iudicarunt, vt deciſionem Comitiis reliquerint 41), quae vero adhuc exſpectatur. Quodſi tamen ipſam illius articuli diſpoſitionem, quo iura Reformatorum et Lutheranorum *inter ſe* definiuntur, curatius intueamur, omnia ſane euaneſcunt dubia. Quare HENRICVS HENNIGES 42) HENRICVS HILDEBRAND 43), IOANNES VLRICVS DE CRAMER 44), IO. IAC. MOSER 45), IO. STEPH. PÜTTER 46), aliique, quibus et nos adſentiri non diffitemur, vno quaſi ore contendunt, annum decretorium non valere *inter Lutheranos et Reformatos.* 47) Quatenus hi enim *duas partes* conſtituunt, pacta, priuilegia, reuerſales et cuiuscunque generis conceſſiones, *ante Pacem Weſtphalicam* inita, perpetuam praeſtant normam religionis exercitii iuriumque inde dependentium, dummodo anno 1648. ſeu tempore *pacis concluſae* adhuc in poſſeſſione vel quaſi iurium inde com-

petentium fuerint. Quod ad mutationes et in nouationes *futuras* i. e. *poſt Pacem concluſam* factas, Domino territorii quidem in ſede ac Domicilio ſuo — *Reſidenz* — confeſſionis ſuae concionatores aulicos habere licet, ſed *ſine vllo alterius religionis impedimento et praeiudicio*. Iura ergo Proteſtantium *inter ſe* valde differunt ab iis, quae inter illos et Catholicos obtinent, quare ab vno ad alterum concludi nequit, nec regula illa alias valde notabilis: *quod vni parti iuſtum eſt, alteri quoque iuſtum ſit:* hic locum inuenit, quippe quae tantum de mutua exactaque aequalitate *vtriusque* religionis *Euangelicae* et *Catholicae* eſt intelligenda.

40) I. P. O. art. V. §. 32. „Pacta, transactiones. conuentiones „aut conceſſiones, quae inter tales immediatos imperii Status, „eorumque Status prouinciales et ſubditos ſupradictos de publico „vel etiam priuato exercitio religionis introducendo, permit„tendo et conſeruando, antehac interceſſerunt, et factae ſunt, „*eatenus tantum ratae et firmae manento, quatenus obſeruan„tiae dicti anni 1624. non aduerſentur*, nec ab iisdem, niſi „mutuo conſenſu recedere liceat; non attentis ſed annihilatis „omnibus anni 1624 obſeruantiae, vtpote *quae inſtar regulae* „obtineat, contrariis latis ſententiis, reuerſalibus, pactis, qui„buscunque transactionibus.“ Quum ergo omnia pacta obſeruantiae anni decretorii contraria hic annihilentur ac inualida declarentur; quaeſtio obmoueri ſolet: an valeant pacta poſt annum 1624 religionis cauſa a ſubditis cum Domino inita? IO VLR. DE CRAMER *in obſeru. iur. vniu.* Obſ. 419. hoc affirmat. Mihi autem cum HENR. HENNIGES *in medit. ad I. P. O. art. V. ſſ. 33.* diſtinguendum eſſe videtur, inter pacta poſt annum 1624. quidem, ſed ante confectam P. W. inita, et inter ea, quae demum poſt initam Pacem hinc poſt annum 1624 inter-

interceſſerunt. Priora irrita ſunt ac nulla, non autem haec. Quid enim quaeſo verba: ANTEHAC aliud ſignificare poſſunt, quam: *ante confectam Pacem Weſtphalicam*, ita, vt omnes transactiones ſiue ante, ſiue poſt annum 1624. dummodo ante *initam* pacem Weſtphalicam factae ſint, ſi obſeruantiae anni decretorii aduerſetur, nullum habeant valorem; ſin poſt annum 1648. conuentiones celebratae ſunt, ratae, firmae ac validae manebunt.

41) cf. DECKHERR *Conſultat. forenſ. L. I. c. 24. n. 15. ſeq.* Idem factum eſt in cauſa *Elect. Brandenburg.* contra *Elect. Brunſu. Luneburg.* et *Ducis Megapolit.* contra *Saxon. Lauenburg.* narrat MOSER *in Tract. von den Teutſchen Reichstagsgeſchäften p. 302. ſeq.*

42) *in med. ad I. P. O. art. VII. §. 1.*

43) *in diſſ. de anno decretorio* (Alt. 1705.) c. 11. §. V. „Sic, „inquit, exinde ſolide perſpectum eſt, hunc Terminum Anni „1624. non extendendum ad vnius tantum religionis conſor„tes, vtpote ad Catholicos inter ſeſe, vel ad Proteſtantes, ſiue „Euangelicos, ſiue Reformatos inter ſeſe, ſed tantum ad illos „reſtringendum eſſe, qui ratione religionis inter ſe inuicem „tunc temporis contenderunt, atque bellis praeliiſue decerta„runt. -- — —. Nam tempore Pacificationis iſtius, lis „non erat hac in re inter Catholicos ipſos, aut ipſos Prote„ſtantes inter ſeſe, *ſed inter Catholicos ab vna, et Proteſtan„tes ex altera parte.*“

44) *in obſeruat. iur. vniuerſ. l. c. §. 46. et in opuſcul. T. IV. p. 216.* „Rationes, inquit, quoad annum decretorium inter Proteſtantes aliter ſubducendae ſunt. Vt nimirum Art. 7. I. P. O. obſeruantia anni 1648. in eccleſiaſticis inter Proteſtantes teneat vim perpetuae legis, ac inſtar normae et regulae quibuscunque caſibus futuris vnice habeatur.“

45) *im Tract von der Teutſchen Religionsverfaſſung L. I. Cap. 9. §. 20.*

46) *l. c. §. 611.* qui tamen ſimul tamquam *exceptionem* allegat caſum in I. P. O. art. IV. §. 19. definitum, quo ſingulari ratione

tione *in Palatinatu Rheni* inter Lutheranos et Reformatos ſtatus anni normalis 1624. praeſcriptus eſt.

47) cf. IO. GOTTFR. VON MEIERN *Acta Pacis Weſtph.* Tom. VI. Lib. XLIV. praeſertim §. 32. ibi, 2) Quoad res, *weil einmal allerſeits beliebet*, daſs es *bey dem itzigen Zuſtande in allerſeits Landen gelaſſen*, und darinnen keine neuerliche Ordnung oder was geſtellet werden ſoll, wird weiter nichts, als daſs nur Libertas Conſcientiae vtrinque frey bleibe, begehret. Ex quibus luculenter ſatis apparet, inter Proteſtantes annum 1648. eſſe normam. cf. ANONIMI *ſuccincta meditat. ad Inſtr. P. O. art. 7. de reformatis, religionis exercitio proteſt, vnius, in territorio alterius confeſſionis et annexis, ex actis et tractatibus P. W. pro eruendo legis ſenſu ſuſcepta 1762. ſ.*

## §. IX.

### TRANSITVR AD QVAESTIONEM PROPOSITAM.

Praemiſſis iis, quae generaliter praemonenda eſſe duximus, quibusque diutius immorari inſtituti ratio non fert, ad ipſam potius accedimus quaeſtionem in fronte libelli indicatam, cuius cauſa potiſſimum haec omnis diſputatio ſuſcepta a nobis eſt. Quum enim non raro, ſed quam ſaepiſſime contingere ſoleat, nihilque ſit frequentius, quam vt Clerus — *die Geiſtlichkeit* — cupide et libenter in alias res ſe inferat, ſi vel maxime religio ei obtentui eſſe poſſit; periculum faciemus, breuibus examinandi, *quo iure Clerus hoc ſibi ſumere, ac principi impedimento eſſe queat, quo minus ius circa ſacra maieſtaticum exerceat.* In qua re verſabimur ita, vt ſuper-

ſuperſtructis iam principiis generalibus ea ad caſum noſtrum adplicemus, exemplisque quibusdam recentioribus, ex ipſis rerum argumentis deſumtis, eum illuſtremus.

## §. X.

### AN CLERVS IMPEDIRE QVEAT, QVO MINVS IMPERANS IVS CIRCA SACRA MAIESTATICVM LIBERE EXERCEAT?

Qui alterius liberum iuris exercitium impedire vult, aut ſolitarie illud ſibi vindicat, aut ſaltem non niſi eo conſentiente et concurrente id exerceri poſſe, ſibique ius prohibendi competere aſſerit, ne alter ſuo pro arbitrio ius ſuum exerceat. Quod igitur ad quaeſtionem propoſitam: *an Clerus — die Geiſtlichkeit — ius habeat impediendi, quo minus princeps Ius circa ſacra maieſtaticum exercere queat?* attinet, facile eſt ad animaduertendum, clero tale ius nequaquam eſſe tribuendum. Quod *iniuria temporum* interdum ſibi ſumſit clerus non curo. Succincte ſupra (§. I. II.) iam expoſui, Ius circa ſacra maieſtaticum cuilibet imperanti *qua tali* competens cum *iure eccleſiaſtico collegiali* non eſſe confundendum, ſed haec probe a ſe inuicem diſcernenda. Illius enim fundamentum eſt *imperium ciuile* ac *ſuperioritas territorialis* 48). Hoc e contrario *ex iure ſocietatis et collegii* deſcendit. Quamuis Principes Euangelici eo

gaudeant; tamen, non niſi ipſa eccleſia deſiderante et conſentiente eiusque ſalute id exigente, in illos delatum eſt. Quare hoc tantum ſenſu Principes Euangelici *ſummi Epiſcopi* perſonam ſe ſuſtinere publice profitentur. Hinc tantum abeſt, vt iura ex poteſtate eccleſiaſtica deſcendentia *vi ſuperioritatis territorialis* ipſis competant, vt potius non niſi ex *eccleſiae conſenſu* in illos ſint translata. Quum itaque nunquam probari potuerit, iura eccleſiaſtica collegialia a ſubditis euangelicis *principum catholicorum* his eſſe demandata ac concredita, vt taceam, plane incredibile eſſe, hoc vnquam factum eſſe; prono fluit alueo, eos haec iura nullo modo ſibi arrogare poſſe. Nihilo tamen minus omnino illis competit *ſuprema inſpectio in rempublicam et eccleſiam in eadem.* Quodſi igitur princeps hoc *iure ſuo* vtitur, ego ſane non video, ſub quonam iuris colore clerus hoc impedire queat. Attamen quotidiana experientia edocemur, quam ſaepiſſime eum falcem ſuam inferre in alienam meſſem, religionem que huic res praetendere. An iure hoc fiat, ex ſupra deductis quam luculentiſſime apparebit. Verum enim vero vt eo euidentius hoc pateat, non plane inutile fore ſperamus, illuſtrationis cauſa vnum alterumue afferre exemplum.

48) Quum ſuperioritas territorialis ius reformandi ſub ſe comprehendat, hoc cuique competit qui illa gaudet. DE CRAMER *Obſ. iur. vniuerſi*, *Obſ. 419. §. 52. ſeq.* Qui recte ſimul monet

monet, ius reformandi habere quoque poſſe eos, qui ſuperioritate ſunt *deſtituti*, *ex ſpeciali nimirum conceſſione.* Quis enim illud diſputabit nobilitati imperii immediatae, et pagis immediatis S. R. I.? qui quum beneficio I. P. O. *a. V.* *ſſ.* 2. in cauſis religionem ſpectantibus praeſertim quoad annum normalem reliquis Statibus Imperii ſunt aequiparandi, cf. IMMAN. WEBER *de iure circa ſacra pagorum imperii immediatorum. Gieſſ.* 1717. In eo tamen opinio CRAMERVM fefellit, ſi *pagis* immediatis imperii *ſuperioritatem territorialem* vindicat, qua tamen nobiles immediatos non gaudere ipſe confitetur.

## §. XI.

### AN ORDO SACER HAMBVRGENSIS — E. EHRWÜRDIGES HAMBVRGISCHES MINISTERIVM — IVSTE SE OPPOSVERIT IVRI REFORMANDI MAGISTRATVS HAMBVRGENSIS?

Reformati *Germanicae nationis* Hamburgi viuentes, vti neminem latet, hucusque ſub protectione ORDINVM PRAEPOTENTIVM BATAVIAE GENERALIVM — DER GENERALSTAATEN — religionis ſuae exercitio gauiſi ſunt, ac ante aliquot annos *Ampliſſimum liberae S. R. I. ciuitatis Hamburgenſis Senatum* rogarunt, vt permitteretur ipſis, religionem ſuam eodem modo *ſub protectione Magiſtratus Hamburgenſis* exercere, quo ad hunc vsque diem ea fruuntur ſub tuteла ac praeſidio dictorum Ordinem Praepotentium Batauiae Generalium. Si quid video, preces eorum non ſolum aequae et iuſtae, ſed etiam reipublicae omnino erant

 ſaluti,

ſaluti. Quare et *ſplendidiſſimus ciuitatis Hamburgenſis Senatus*, *duoque priora ciuium collegia* tantum reipublicae commodum praetermittere noluerunt, ſed ceſſerunt iam iuſtae eorum poſtulationi. Quoniam autem *Ordo ſacer Hamburgenſis* — E. Ehrwürdiges Hamburgiſches Miniſterium — tantos concitauit clamores motusque, eorum rebus exitus non contigit, quem ſperabant. Mihi quidem non eſt animus, controuerſiam illam famoſam magnis animorum motibus inter partes agitatam denuo incipiendi; ſed breuitatis ſtudio ad LVDOVICVM DE HESS 49) prouocamus, qui tam docte et exquiſite quam ſolide omnia *Collegii eccleſiaſtici Hamburgenſis* argumenta refutare ſtuduit, ad quem lectorem ablegamus. Quis vero vnquam crederet, praecipuum argumentum, quo inter alia vſus eſt *Ordo ſacer*, poni in IVREIVRANDO, *quo ſinguli ſe inuicem obſtrinxerunt et obligarunt ad contradicendum*, *iunctisque viribus impediendum*, *quo minus publicum aut priuatum religionis exercitium Catholicis et Reformatis concederetur*. 50) O improbum deteſtabileque iusiurandum! O ſancta religio, quomodo ipſi Verbi Diuini Miniſtri te abutuntur! quorum officium eſt, vt membra eccleſiae ſecundum diuini Saluatoris noſtri praecepta hortentur ad charitatem animumque placatum, ſed qui ipſi exercent ſummam intolerantiam. Quid? quod *ad perſecutionem* ſe iurato obſtringunt. Tametſi eiusmodi iusiu-

iuſiurandum iam ipſo iure nullum ſit, omnibusque deſtituatur effectibus; tamen respublica certe tale quid indifferenter ferre nequit. Quid enim, quaeſo, illa eueniret, ſi ſingula, e quibus respublica compoſita eſt, collegia et ſocietates iureiurando inter ſe confirmarent, neminem iuſſibus imperantis morem eſſe geſſurum, ſed iisdem ſemper contradicturum *cunctisque viribus* curaturum, ne vnquam aliud collegium aut ſocietas erigeretur. Interitus reipublicae, me quidem iudice, neceſſario exinde ſequeretur. *Vi ſupremae* itaque *inſpectionis ſaecularis* Magiſtratui Hamburgenſi absque omni dubio competit ius de lendi, abrogandi, irritum inualidumque declarandi iuſiurandum illud reipublicae quam maxime exitioſum, nec non grauiſſimis prohibendi poenis, ne quis in poſterum concupiſcat monſtroſum tale horrendumque iuſiurandum, quod manifeſte violat ius ſummum circa ſacra maieſtaticum indubitate Senatui Hamburgenſi coniunctim cum *collegio ciuitatenſi*, vulgo *Erbgeſeſſenen Bürgerſchaft* dicto, competens. Ipſe quoque *Ordo ſacer*, ſe illud nullo modo ſibi arrogare fatetur: „*Wir*, inquiunt, *erklären vns abermal vnd bezeu-„gen, daß wir weit davon entfernt ſind, in die Hoheits-„rechte dieſer Kaiſerlichen freyen Reichsſtadt einen „Eingriff zu thun, oder vns in dieſelben mengen zu „wollen.*“ 51) Sed quomodo hoc conuenit cum alia eius

 decla-

declaratione: „Bey allen dieſen Vmſtänden können wir „in die Vergünſtigung des Geſuchs der Reformirten auf „keine Weiſe *willigen*, vnd noch viel weniger vns ih„rerwegen *in Tractaten einlaſſen*,“ — perinde ac ſi ab eius conſenſu penderet conceſſio exercitii religionis — „vnd wir verabſcheuen von ganzen Herzen alles Geld, „(vnd wenn es die gröſſeſten Summen wären,) welches „vns angeboten werden will, daſs wir dafür die thue„ren Gerechtſame unſerer Kirche verkaufen, durch „Brechung *vnſerer eidlichen Verbindung* vnſer Gewiſ„ſen ſo ſchwer verletzen, vnd vnſern Nachkommen „Vrſache geben ſollen, veber vns zu wehklagen. *Wir „widerſprechen demnach einmüthig*, ALS GROSSE „MITINTERESSENTEN *bey der Sache, deren Recht, „das alleinige öffentliche Religions-Exercitium zu ha„ben, in keinem Zweifel gezogen werden kann, allem „dem, das zur Begünſtigung des Geſuchs der Reformir„ten gereichen, oder etwas beytragen kann*„ 52). Nonne hoc idem eſt, ac ſi Miniſterio eccleſiaſtico competat *coexercitium iuris circa ſacra* in ciuitate Hamburgenſi? Quod tamen non ſolum omnibus iuribus, ſed et in primis *Legibus huius ciuitatis imperialis fundamentalibus* e diametro aduerſatur, quibus diſerte cauetur, *ſummum imperium ſeu ius territoriale eſſe inſeparabili nexu coniunctim penes Ampliſſimum huius vrbis Senatum et penes Collegium*

*ciuium*

*ciuium hereditariorum — der erbgeſeſſeuen Bürgerſchaft*, — verbis: „Weilen die klägliche Erfahrung „bezeuget, daſs bey denen Troublen, welche dieſe gute „Stadt in vorigen Zeiten zerrüttet, friedhäſſige vnd vn„ruhige Gemüther daher inſonderheit ihren böſen Vn„ternehmungen einen Vorwand vnd Deckel auch einen „Schein gegeben, vm andere zu verleiten, daſs ſie die „Frage: *Bey wem in dieſer Stadt* κυριον, *oder die höchſte* „*Gewalt ſey?* zu regen vnd zu entſcheiden ſich erküh„net; *ſo wird hiemit, als ein* EWIGES, VNVERAEN„DERLICHES, VNWIDERRVFLICHES FVNDA„MENTALGESETZ *feſtgeſtellet vna bekräftiget, daß* „*ſolch* κυριον, *oder das höchſte Recht vnd die höchſte Gewalt* „BEY EINEM EDLEN RATH VND DER ERBGE„SESSENEN BVERGERSCHAFT INSEPARABILI „NEXV CONIVNCTIM SEY" 53). Maxima ſane igitur eſt arrogantia Ordinis ſacri Hamburgenſis, dum vindicare ſibi conatur COIMPERIVM, et absque eorum conſenſu *ius Reformandi exercitium religionis*, quippe quod *ex ſummo imperio* et *iure territoriali* deſcendit, exerceri non poſſe ſomniat, nec non praeſidium contradictionis ſuae, ſolido fundamento deſtitutae, in iureiurando quaerit, quod non ſolum ab initio fuit nullum irritumque, ſed etiam cuius tam exactio, quam praeſtatio grauiſſimas meretur poenas. Sed iniuſta repugnan-

repugnantia Collegii huius eccleſiaſtici eo magis reprehendenda eſt, quo certius eſt, Reformatos Hamburgi degentes *nulla alia nec plura* conſequi voluiſſe iura, quam quibus hucusque iam gauiſi ſunt, et ad hunc vsque diem absque omni contradictione fruuntur 54). Superſedeo alias rationes aeque futiles et perquam leues, quibus Ordo ſacer Hamburgenſis fulcire et colorare voluit iniuſtam ſuam contradictionem, quas tamen longe lateque redarguit et refellit ſupra iam laudatus LVDOVICVS DE HESS 55).

49) *in den geſezlichen und ſtatiſtiſchen Betrachtungen über die Toleranz, und insbeſondere über den freien Gottesdienſt der Holländiſch-Deutſchen Reformirten welche in Hamburg wohnen.* Berlin und Leipzig 1780.

50) Vid. *Die beſondern Verbindungsformeln, welche E. E. M. unter ſich errichtet, und allen neuerwählten Herren Predigern zur Vnterſchrift vorgelegt werden.* Non plane abs re erit, diuerſas ſenſim aliquantulum mutatas iurisiurandi formulas hic exhibere: In prima verba ita ſe habent: „Wir, das ganze Miniſterium in Hamburg, verpflichten uns hiemit im Namen der Hochgelobten Dreyeinigkeit, daſs wir Amts und Gewiſſens halber der Calviniſchen Kirche in der Neuſtadt, publice und priuatim nach aller Möglichkeit mit chriſtlichem Eifer, ſchriftlich und mündlich beſtändig contradiciren und widerſprechen wollen; auch *nicht aufhören*, BIS SIE GAENZLICH ABGETHAN WERDE, vermöge des theuren Eides, welchen wir vor dem Altar geſchworen, auch alles darüber leiden, was getreuen Seelſorgern in ſolchem Fall zu leiden gebührt. So wahr uns Gott helfen ſoll am iüngſten Tage. Vrkundlich haben wir dies alle eigenhändig unterſchrieben. Act. 1644. 8. Ian. auf dem Kirchenſaal St. Nicolai.“ Miniſterium ergo iureiu-

rando

rando promiſit ſe non prius quieturum eſſe, quam donec omnes Reformati ex ciuitate Hamburgenſi expulſi! Sed ipſum Collegium viginti poſt annos forſan iam perſpexit *iniuſtitiam* huius promiſſi, quum in ſecunda formula hunc paſſum omiſerit, quamuis reuera non multum ſit mutata. Ita enim concepta eſt: „Wir Senior, Paſtores und ganzes Miniſterium der Kirchen in „Hamburg, verpflichten uns hiemit im Namen der Heiligen „vnd Hochgelobten Dreyfaltigkeit, daſs wir nimmer zugeben „wollen, daſs eine Caluiniſche Kirche in dieſer Stadt aufge„richtet werde; ſondern wollen publice et priuatim nach aller „Möglichkeit mit chriſtl. Eifer, ſchrift- und mündlich beſtän„digſt contradiciren, und widerſtehen, vermöge des theuren „Eides, welchen wir vor dem Altar geſchworen, wir wol„len auch alles darüber leiden, was getreuen Seelſorgern in „ſolchen Fällen zu leiden gebühret. So wahr uns Gott helfen „ſoll am jüngſten Tage. Vrkundlich haben wir alleſammt „dieſes eigenhändig unterſchrieben. Geſchehen in Hamburg „auf dem Kirchen-Saal St. Petri de 22. Febr. 1667.“ Tertia formula huius eſt tenoris. „Wir Senior, Paſtores und ſämmt„liche übrige Membra R. Miniſterii allhier in Hamburg verbin„den uns hiemit im Namen der Heiligen Hochgelobten Dreyei„nigkeit, *alle vor einen, und einer vor alle*, daſs, wie wir „bishero in Sachen, *eine Papiſtiſche Capelle und Caluiniſche „Kirche* betreffende, damit nemlich in hieſiger Stadt *keine* „gebauet, noch beyden Secten das PVBLICVM EXERCI„TIVM ihrer Religion geſtattet werden möge, einmüthig „gethan, was redlichen Knechten Gottes und der Euangeli„ſchen Kirchen eignet und gebühret: Alſo wir ferner darinnen „unzertrennlich fortfahren, und alle Wege, die Gott und ſein „Wort, unſer Amt und Gewiſſen und dieſer guten Stadt Fun„damental-Geſetze, an die Hand geben, ſammt allen andern „rechtmäſſigen Mitteln vorkehren; auch ſo uns Leiden und „Widerwärtigkeiten darüber zuſtoſſen ſollte, alles auf uns neh„men, *und keiner ſich von dem andern ſondern*, *noch ihn ver„laſſen wollen*. So wahr uns Gott helfen ſoll in der letzten „Todesſtunde. Vrkundlich haben wir dies alles eigenhändig „unterſchrieben. Gegeben in Hamburg beym Convent auf

 „dem

„dem Kirchen-Saal zu St. Michaelis, den 7. Iul. 1719." Singulae iurisiurandi formulae leguntur in Scripto, cui titulus eſt: *Ein wichtiges Document zur Erläuterung der neueſten Hamburg. Kirchengeſchichte, oder lezte Vorſtellung des Hamb. Miniſter. an den Rath der Stadt Hamburg betreffend das Geſuch der Reformirten um die Vergünſtigung eines öffentlichen Religions Exercitii in beſagter Stadt, 1775. pag. 7. ſeq.*

51) Vid *E. E. Miniſteriums zweite Vorſtellung.*

52) cf. *E. E. Miniſteriums Vorſtellung gegen die den Holländiſch Teutſchen Reformirten in Hamburg zu verſtattende freye Priuat-Religions-Vebung unter dem Schutz und der Oberaufſicht E. Hochedl. und Hochweiſen Raths. 1774.*

53) Vid. *Vnwiderrufliches Fundamentalgeſetz, Regimentsform oder Hauptreceſs der Stadt Hamburg de 1603.*

54) Vid. *Reuers der von den hieſigen Holländiſch-Teutſchen Reformirten ausgeſtellt werden ſollte.*

55) *l. c. p. 61. ſeqq. §. 11.*

## §. XII.

### AN ORDO QVIDAM SACER PACTO SE SVAQVE MEMBRA OBLIGARE QVEAT AD DENEGANDAM BENEDICTIONEM SACERDOTALEM EO QVOQVE IN CASV, QVO PRINCEPS LEGIS GRATIAM FECIT?

Sed nolo diutius immorari controuerſiae, quae Ordini ſacro Hamburgenſi nunquam non erit dedecori. Ad aliam potius me accingo quaeſtionem praecedenti fere ſimilem: *An ordo quidam ſacer pacto ſe ſuaque membra obligare queat ad denegandam benedictionem*

*ſacer-*

*ſacerdotalem eo quoque in caſu*, *quo Princeps legis gratiam fecit?* Vix credibile eſt, collegium ſummum principis imperium agnoſcens tale quid ſibi vnquam, eſſe ſumturum. Attamen non deſunt exempla. Quilibet autem facile perſpiciet, me non loqui de eo caſu, quo vnum alterumue indiuiduum religioni hoc ſibi ducit, ſed de eo duntaxat, quo omnia *Ordinis ſacri* membra excuſatione talis pacti vtuntur, benedictionemque ſacerdotalem denegant, licet princeps lege ſoluerit. Eiusmodi autem pacti vinculo intuitu *matrimonii cum defunctae vxoris ſorore* omnia tenentur Ordinis ſacri Roſtochienſis membra, vti Dominus PRAESES mihi tradidit. Non opus erit recrudeſcere antiquam illam litem: *vtrum tale matrimonium in Scriptura ſacra ſit prohibitum, nec ne?* olim iam ſatis et adhuc nuperrime inter IOANNEM MELCHIOR. GOEZE 56) et *Ordinem ſacrum Hamburgenſem* magno animi feruore tractatam. Satis mihi eſt, ipſum Ordinem ſacrum Hamburgenſem matrimonium *cum defunctae vxoris ſorore* pro tali iudicaſſe et habere, quod ſalua conſcientia iniri et a Principe permitti poteſt. Quae quum ita ſint, nemo forſan in dubium vocabit, quin pactum nullo modo ſuſtineri queat, quo Ordo ſacer Roſtochienſis IVRA REGIMINIS ECCLESIASTICI RESERVATA 57) *Sereniſſimi Ducis Megapolitani* iniuſte circumſcribere ſibi arrogat, ſimul-

 que

que *ius* ac *imperium* ſibi vindicat *in conſcientias* eorum membrorum, quae eiusmodi matrimonium nequaquam pro illicito habent. Quod tamen perquam durum nullaque in republica vnquam tolerandum eſt. Obiectum pacti ſupra dicti inter Membra ordinis ſacri Roſtochienſis initi quoque ita comparatum eſt, vt arbitrio et diſpoſitioni paciſcentium neutiquam ſubſit. Ex quo ſequitur, illud ipſo iure nullum eſſe, nec paciſcentes amplius obligare poſſe. Sed quaeritur: *an parocho benedictionem ſacerdotalem in caſu, quo princeps legis gratiam fecit, deneganti debeantur iura ſtolae?* Et reſpondendum eſt, minime ea illi debentur. *Iura* enim *ſtolae* parocho ſoluendae nihil aliud ſunt, quam honoraria ſeu ſportulae, quae pro adminiſtratione ſacrorum parochialium nec non ratione ſtolae i. e. officii ſacri praeſtantur. Qui ergo ſacra adminiſtrare non vult, ille quoque nihil exigere poteſt, ſed alienus Parochus ea accipit, qui benedictionem ſacerdotalem peregit 58). Videamus iam paucis, quatenus AVGVSTISSIMVS IMPERATOR IOSEPHVS II. intuitu conſtitutionum ſapientiſſimarum ad Ius circa ſacra pertinentium ad conſenſum Cleri ſit adſtrictus.

56) cf. IOH. MELCH. GOEZENS *gewiſſenhaftes Glaubensbekäntniß die 3. Moſ. im achtzehenden Hauptſtücke verbotenen Ehen naher Anverwandten betreffend. An E. Hochehrw. Miniſterium in Hamburg.* 1780. 4. ANTWORT

*auf*

*auf des H. Ioh. Melch. Goezens Glaubensbekänntniß etc. von einem Mitgliede E. Hochehrwürd. Miniſterii in Hamburg* 1780. IOH. HEINR. DAN. MOLDENHAWER *Vnterſuchung der 3 Moſe 18, 7 - 18. befindlichen Iſraelitiſchen Ehegeſetze*, eod. EIVSD. *abgenöthigte Vertheidigung ſeiner Vnterſuchung der Iſraelitiſchen Ehegeſetze* eod. EXTRACTVS *Protocolli Reuer. Miniſter. den 25. Febr. 1780. Nebſt der Antwort von I. M. Goezen.* eod. BETRACHTVNG *über die Antwort etc.* H. E. WINKLER *Antwort auf des Herrn Paſt. Goezen Gegenantwort auf meine Antwort.* 1780. Sed ſuperfluum foret omnia recenſere ſcripta.

57) Ius diſpenſandi aduerſus impedimenta iure eccleſiaſtico inducta *ex politia eccleſiae Euangelicae* pertinet ad iura regiminis eccleſiaſtici *reſeruata* Statuum imperii Euangelicorum. G. LVD. BOEHMER *in princip. iur. canon.* §. 399.

58) IOH. GE. PERTSCH *vom Vrſprung und Eigenſchaft der ſogenannten Iurium ſtolae.* EIVSDEM *rechtliche Behauptung etc.*

## §. XIII.

### IMPERANTEM IN EXERCENDO IVRE CIRCA SACRA AD CLERI CONSENSVM NON ESSE ADSTRICTVM.

Haud ſane diu eſt, quum IOSEPHVS II. Imperator, quem omnes fere populi amant, venerantur admiranturque, Imperium Regnorum ac Territoriorum ſuorum hereditatiorum acceperit. Sed in breuiſſimo feliciſſimi regiminis ſui tempore tot tamque praeclara Clementiae paternaeque benignitatis cum dedit ſpecimina, vt omnes dulci Auſtriaco ſceptro ſubiectae gen-

tes nomen IOSEPHI II. omni ſaeculorum memoria digniſſimum immortalitati tradiderint ſummisque laudibus ad coelum extulerint. Sed fines libelli transgrederer, omnes ſi recenſere vellem conſtitutiones, quae IOSEPHVM II. habent Auctorem. Pro inſtituti ratione ſufficere opinor, quasdam hic nominare ſanctiones in cauſis eccleſiaſticis datas. Nihil autem, vti mihi quidem videtur, maiores vnquam meretur laudes, et ſubditis omnibusque hominibus iucundius acceptiusque eſſe poteſt, quam *ſentiendi ſcribendiue libertas*. Quae tamen ad hunc vsque diem, vti in plerisque Catholicorum terris, ita et in terris Auſtriacis fruſtra fuit exoptata. Sed IOSEPHO II. erat reſeruatum, a ceruicibus ſcriptorum ac ſubditorum depellere duriſſimum illud ſeruitutis iugum, ad quod omnes olim accedere oportebat. Vere Caeſarea et IOSEPHI II. digna ſane eſt ſapiens illa aeque ac iuſta declaratio: „*Ich will Religion vnd Sitten auf das* „*ſtrengſte ehren, aber dem Menſchen die Freyheit ge-* „*ben, die ſich mit einer wolgeordneten Staatsverfaſ-* „*ſung verträgt.*“ Haec principia, ſecundum quae ſibi ſubditis conceſſa eſt *preli libertas* — *die Druckfreyheit* — certe non ſunt reprehendendae, ſed potius quam maxime laudandae. Minime enim ſimpliciter permittere voluit libertatem ſcribendi pro lubitu, quidquid placuerit: quae *licentia* eſt eccleſiae aeque ac reipubli-

publicae exitioſa. Quis autem mirabitur, quod et hic non parua clerus intulerit impedimenta? Mihi ſaltem hoc non mouet admirationem. Nam Clerus et quidem in ſpecie *Catholicus*, plerumque commodum ſuum praetermittere arbitratur, niſi ſpiſſis tenebris mentem humanam teneret circumfuſam. Hoc quoque ſine omni dubio vera eſt ratio prohibitae lectionis ſ. Scripturae, quae tamen hodie laicis permiſſa eſt. Et quamuis fama ſurgat, Optimum Imperatorem omnia nondum potuiſſe aut forſan noluiſſe ſuperare impedimenta 59); exinde tamen non ſequitur, Imperatorem hac in re indigere Cleri conſenſu. A *ſolius* enim eius voluntate ac arbitrio pendet, *vtrum preli libertatem concedere velit, nec ne*? Clerus itaqne nullo modo ſibi illud arrogare poteſt, nec Imperator alias non magnifacere ſolet Clericorum *contradictiones*. Id quod multis exemplis doceri poteſt.

59) Vid. IOH. GEORG MEVSELS *hiſtoriſche Litteratur für das Iahr 1781. achtes Stück p. 177. ſeq.* vbi epitomen litterarum d. d. Wien 8. Aug. 1781. exhibet ſequentem: „Mit „unſerer Cenſur geht es uns zwar um einen hohen Grad beſſer, „als vormals, *aber ſie iſt noch weit von dem Punkte der Preß„freyheit, die man im Auslande genieſſt, entfernt. Es iſt von „neuem bey uns wieder verboten, in Ieſuiterſachen* pro und con„tra *zu ſchreiben.* Iſt es nicht ſonderbar, von Päbſten, Köni„gen und Fürſten darf man ſchreiben: aber ia nichts, was die „Ieſuiten angeht; dieſe Leute, *die noch alles anwenden, das „bey uns aufgehende Licht zu umnebeln*, ſind res ſacerrima“

§. XIV.

## §. XIV.

NOVISSIMIS QVIBVSDAM CONSTITVTIONIBVS.

Qui non ignorat, quanto detrimento ſit reipublicae, ſi quotannis pergrandes pecuniae ſummae nunquam redeuntes in exteras mittendae ſunt prouincias; ille facile concedet, ad praecipuam principis *qua talis* curam ſpectare, auertendi damnum atque detrimentum, quod inde reſpublica ſentit. Saluberrimum igitur ſapientiſſimumque eſt edictum, quo omnis nexus Religioſorum Auſtriacorum cum ſuperioribus exterarum terrarum tollitur, ſimulque prohibetur, ne amplius numerata pecunia extra territorii fines mittatur 60), nec ob matrimonii impedimenta canonica a Pontifice aut Nuntio papali, ſed ab epiſcopo ordinario impetretur legis gratia 61). Cuilibet ſane patriae ſuae amanti iam dudum fuit in optatis, vt tandem ceſſaret Religioſorum omniumque aliorum beneficiorum eccleſiaſticorum obligatio ad mittendum Romam tantas pecuniae ſummas, quippe quod reipublicae non niſi maximo eſſe poteſt detrimento 62). Quodſi autem quaeritur: *an* IOSEPHVS II. *tale quid ſtatuere potuerit abſque Pontificis clerique conſenſu?* omnino affirmanda eſt haec quaeſtio, ipſeque Pontifex, vti in commentariis publicis rerum nouarum legimus, haſce conſtitutiones adprobare

non

dubitauit. Nam ſimulac hoc illud ue inſtitutum ſaluti reipublicae aduerſatur, aut ſaltem ſalus et ſecuritas reipublicae *mutationem* poſtulat, imperanti *vi ſupremae inſpectionis et poteſtatis ſaecularis* denegari certe nequit ius vel tollendi, vel mutandi inſtitutum tale reipublicae exitioſum. Id quod absque cleri conſenſu ſine vllo dubio peragi poteſt.

60) Vid. *Conſtitutio* IOSEPHI II. *d. d. Wien 24. Mart. 1781*, quae huius eſt tenoris: „Wir IOSEPH DER ZWEYTE V. „G. Gn. Röm. Kaiſer etc. Entbieten und wollen von nun an „auf beſtändige Zeiten, VON OBERHERRLICHER MACHT WE- „GEN, in Anſehung der bisherigen bedenklichen Verbin- „dungen, welche viele Klöſter, Stifter, und andere Gemein- „den oder Häuſer der in vnſern K. K. Staaten beſindlichen „geiſtlichen Orden, mit auswärtigen geiſtlichen Oberen, Ge- „meinden und Ordenshäuſern, gehabt haben, folgendes „veſiſetzen:

„ERSTLICH *ſollen alle geiſtliche Ordenshäuſer in Vnſe- „ſeren K. K. deutſchen Erblanden*, *keines dauon ausgenom- „men, allem Nexui paſſiuo*, *folglich aller Verbindlichkeit, „und wie immer Namen habenden Zuſammenhange*, (die allei- „nige Conföderationen, quoad ſuffragia et Preces, ausgenom- „men) *gegen vnd mit auswärtigen Provinzen*, *Klöſtern vnd „ſonſtigen Ordenshäuſern vnd Vorſtehern*, *vnter welchem „Namen ſolche immer bekannt ſeyn mögen*, *gänzlich vnd auf „alle Zeit entſagen.* Wie ſich nun

„ZWEYTENS zu den in Vnſeren K. K. Staaten gelege- „nen übrigen Häuſern des betreffenden Ordens, entweder mit „der Provinz vereinigen, oder vnter ſich eine inländiſche Con- „gregation errichten wollen, gewärtigen Wir längſtens bin- „nen 2 Monaten, von dem Tage des gegenwärtigen kundge- „machten Geſetzes, von jedem hierunter betroffenen geiſtli- „chen Ordenshauſe die richtige Anzeige.

„DRITTENS befehlen Wir ausdrücklich, *daſs von nun „an alle Ordenshäuſer mit ihrem P. General, wenn dieſelben „einen haben, und dieſer nicht ſeinen beſtändigen Wohnſitz in „Vnſeren K. K. Landen hat, keinen Nexum quoad Spiritualia, „et Diſciplinaria interna, vielweniger quoad Temporalia mehr „behalten, ſomit keine Anhängigkeit unter was immer für ei„nem Namen und Vorwand von ihm beſtehen, ſondern die Or„densgeiſtliche von ihren künſtigen inländiſchen P. Provincia„len unter der Aufſicht der Erz- und Biſchöfe,* VND VNSE„RER VORGESETZTEN LANDESSTELLE regieret und „geleitet werden ſollen. Daher Vnſere allerſeitige Erz- und „Biſchöfe dieſe ihnen anvertrauete Aufſicht ſich vorzüglich an„gelegen ſeyn laſſen werden.

„VIERTENS folget von ſelbſten, daſz keine Provinz, „Conföderation, Congregation oder ſonſtige Verbindung, „(auſſer wie oben §. I. erwähnt worden, quoad ſuffragia et „preces) ein anderes Ordenshaus in ſich mehr begreifen kön„ne, welches nicht Vnſerer Bothmäſſigkeit unſtreitig unter„lieget, und weil ſolchemnach all und ieder Nexus mit aus„ländiſch wohnenden, oder fremden Oberen, ſie mögen heiſ„ſen, wie ſie immer wollen, Conventen, Gemeinden oder „geiſtlichen Ordenshäuſern gänzlich aufzuhören hat; ſo gebie„ten Wir zugleich, daſz künftig weder ein Generalkapitul, „noch andere Verſammlungen auſſer vnſern K. K. Staaten be„ſchickt, noch weniger jemals Obedienzen, Viſitatores, Cor„rectores vnd dergleichen, vnter welchem Vorwand es im„mer geſchehe, von ausländiſchen Obrigkeiten angenommen „werden ſollen. Da ferner

„FÜNFTENS, bereits geſezmäſſig vorgeſchrieben iſt, „daſs kein Ordensoberer in Vnſern K. K. Erblanden ein ge„bohrner Ausländer ſeyn kann, ſondern hiezu allein Vnſere „Landeskinder, oder dazu naturaliſirte gewählt vnd beſtimmt „werden dürfen; ſo ſind von nun an die Provinzialkapitel ie„desmal in Vnſeren Ländern abzuhalten, vnd darinnen nebſt „anderen nöthigen Ordensgeſchäften, die Wahlen der Pro„uinz Lokal-Superioren, Deſinitoren etc. und zwar dergeſtalt

„vor-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-686053-p0054-1

„vorzunehmen, daſs, ſo oft als ein ſolches Provincialkapitel „zu halten iſt, die Provinz bey der politiſchen Stelle des Lan„des, in welchem das Kapitel gehalten wird, die vorläufige „Anzeige hievon in Zeiten zu machen habe. Bey dergleichen „Verſammlungen ſollen überhaupt die Spiritualia vnd Diſcipli„naria interna von ienem, was die Temporalia vnd Diſciplinam externam betrift, abgeſondert, vnd über dieſe letztern „Gegenſtände ein beſonders Protocoll gehalten werden. Vebri„gens ſollen anſtatt der bisherigen von den Commiſſariis gene„ralibus abgeordneten Viſitatoren bis zur erfolgten Wahl eines „neuen Prouinzobern, die inländiſchen Patres Prouinciae, oder „welchen es ſonſt vi Inſtituti gebühret, das Praeſidium wech„ſelsweiſe führen. Da alſo

„SECHSTENS andurch die Nothwendigkeit aufhört, per„ſönliche Reiſen von einigen Ordensgliedern nach Rom, oder „in andere auswärtige Staaten zu vnternehmen, noch weniger „einige in perpetuum daſelbſt zu unterhalten; daher verbieten „Wir ſo wie eines ſo wie das andere.

„SIEBENTENS, wollen wir hierunter auch ſo weit die Frauenklöſter verſtanden haben, daſs deren keines vnter „Strafe der allenfalls erfolgenden Abſetzung der Oberinn, von „einem Vorſteher, oder ſonſtigen Obern, welcher nicht von „Vnſerer inländiſchen Geiſtlichkeit iſt, in etwas abhangen: oder mit demſelben in einigen Nexu paſſivo, quoad diſciplinaria, „aut temporalia verbunden ſeyn ſoll.

„ACHTENS, verordnen Wir hiemit insbeſondere, daſs „ſich kein Orden mehr beygehenlaſſe, die Breuiarien, Miſſa„lien, Antiphonalien, Chorbücher und ſonſtige zu der Or„dens-Verfaſſung gehörige gedruckte Werke, oder Papiere „aus fremden Landen herzuholen, ſobald als hier zu deren „Nachdruckung die Veranſtaltung wird getroffen ſeyn; wie „denn ohnehin ſchon alle andere Geldverſendungen, auch in „den mindeſten Summen, auſſer Land, ohne Vnſere landes„fürſtliche Erlaubniſs, gemeſſen verboten ſind. Hieran ge„ſchiehet etc. Wien, den 24. März 1781.

61) Id quod ſancitum legitur in EDICTO *de X. Sept. 1781.* hiſce verbis: Wir Ioſeph II. etc. etc. „*Es erfordert das allgemeine* „*Beſte überhaupt,* dann das Wohl eines ieden Vaſallen vnd Vn-„terthanen insbeſondere, der ſich in dem Fall einer in Eheſa-„chen zu ſuchenden Diſpenſation über ein oder das andere öf-„fentliche oder bekannte Impedimentum canonicum hinfüh-„ro befinden dürfte, *damit beſagte Diſpenſation nicht mehr* „*zu Rom oder ſonſt irgendwo anders, als bey dem Erz-„biſchofe oder Biſchofe qua Ordinario angeſucht, und von dem-„ſelben gegen Erlegung einer mäßigen Kanzleygebühr ertheilet* „*werde.* Wie Wir nun *aus* LANDESVAETERLICHER *mil-„deſten* FÜRSORGE *in dieſem lediglich die äuſſerliche Kirchen-„diſciplin,* (WELCHE NACH ERFORDERNISS DER VM-STAENDE ALLEZEIT VERAENDERT WERDEN KANN) „*betreffende Gegenſtände* bereits an alle Ordinarios das nöthi-„ge zu erlaſſen, gnädigſt anbefohlen haben, womit dieſel-„ben die ihnen von Gott desfalls unmittelbahr verliehene Ge-„walt nach dem Beyſpiele ihrer Vorfahren in alten Zeiten in „Erfüllung bringen, folglich über alle jene Impedimenta ca-„nonica matrimonii, welche nicht in dem göttlichen oder „Naturrechte gegründet ſind, bey vorhandenen Beweggrün-„den iure proprio diſpenſiren ſollen: *Daher verbieten Wir* hie-„mit jedermann, ohne Vnterſchied des Standes, ernſtgemeſſen „*bey ſchwerer Straſe und Vngültigkeit der Handlung, einige* „*Diſpenſationen* in öffentlichen oder bekannten Impedimentis „canonicis *zu Rom oder bey Nunciaturen, mithin überhaupt* „*irgendwo anders, als bey den ordentlichen Biſchöfen anzuſu-„chen vnd zu bewürken,* wie Wir denn auch einem ieden Seelſor-„ger mittelſt der Behörde nachdrücklich haben auftragen laſ-„ſaſſen, kein Brautpaar, welches in cauſa diſpenſationis iſt, „gegen Aufzeigung einer andern, als der Diſpenſation des Or-„dinarii, zuſammenzugeben". Wornach etc. Wien den 10. „Sept. 1781.

62 Ingens enim ac fere incredibilis eſt pecuniarum ſumma, quam „Archiepiſcopi, Epiſcopi aliique Praelati, *Pallii* et *Annata-„rum* nomine, alioque ſub praetextu Pontifici ſoluere obligati ſunt.

§. XV

## §. XV.

### IOSEPHI II. IMPERATORIS ROMANORVM ILLVSTRATVR.

Sed obſeruationi faſtigium imponere me oportet. Vnicum tamen adhuc nominabo Edictum, quod ſilentio praeterire nequeo, et quod optimum ſummumque ſingularis clementiae, indulgentiae, animique ſuauitatis, et, quae ſumma Imperantium adeo laus eſt, humanitatis, nec non piae, iuſtae et aequae mentis ſuae praebet documentum, nomenque IOSEPHI II. certiſſime immortalitati aeternitatique commendabit. Quis enim non grata mente venerabitur SANCTIONEM illam DIVINAM, *qua A. C. addictis Graecisque non vnitis* LIBERVM RELIGIONIS SVAE PRIVATVM EXERCITIVM *quam clementiſſime confirmatur*, ita vt in poſterum religio illis non ſit impedimento, quo minus omnium iurium, priuilegiorum, dignitatum, honorum ac munerum fiant capaces, quibus ciues catholicae religionis fruuntur 63). Quis vero contendere audebit, Imperatorem Auguſtiſſimum in exercitio huius *iuris reformandi* adſtrictum eſſe ad conſenſum cleri? Certe iuris publici valde ignarus foret qui tale quid moliretur. *Ordo* tamen *ſacer Hamburgenſis* hancce quaeſtionem affirmare fortaſſe non dubitabit;

tabit; quum alias ſibi ipſi contradiceret, et Clero Auſtriaco denegaret iura, quae ſibi arrogat. Quemadmodum autem iam ſupra (§. XI.) errorem illius reprehendimus et deteximus, non opus eſt eadem repetere, lectaque reuoluere, et quaſi eundem cibum remandere. Demonſtraſſe et expoſuiſſe enim ſufficit, *principem in exercitio iuris circa ſacra maieſtatici non indigere cleri conſenſu.* Nam ſi eccleſiae dominantis iura ſalua et intacta ſeruantur; nulla, vti mihi quidem videtur, clero datur occaſio *iuſta*, querendi de iniuriis ſibi illatis. Aſt ſi nihilo tamen minus Acheronta moueret, nullam ego video querimoniarum cauſam, quam deteſtandam inuidiam. Quare et hic imperans illi optimo iure reſpondere poteſt, quod in Euangelio, patremfamilias vni operariorum reſpondiſſe, legitur: 64) „Nonne ex denario „coneniſti mecum? Tolle, quod tuum eſt, et vade. „*Volo autem et huic nouiſſimo dare, ſicut et tibi. Aut* „*non licet mihi, quod volo facere in rebus meis?* ANO„CVLVS TVVS NEQVAM EST, QVOD EGO BONVS „SVM?“ Sed quam lubentiſſime confiteor, quod vtique *Clero Auſtriaco* eſt honorificum, tantum eum abeſſe, vt iuribus Auguſtanae confeſſioni addictorum inuideat, vt potius honori ſibi ducat, iuſſibus *Clementiſſimi Imperantis, Optimique Principis et Patris Patriae* omni, qua par eſt, reuerentia morem gerere. Perſuaſum enim ipſi

eſt,

eſt, IOSEPHVM II. nihil eſſe ſanciturum, niſi quod reipublicae ſit ſalutare, ſingulorumque ſubditorum veram promoueat felicitatem, commodum et ſalutem. Si quid igitur in votis habeo, hoc eſt, vt omnes, penes quos ſummum eſt imperium, ſingulare, praeclarum, eximium ac praeſtantiſſimum IOSEPHI II. ſequantur exemplum. Et ſi futura intelligere et praedicere licet, mox hocce tempus euenturum meque voti damnaturum eſſe, ſpero atque auguror. Vberiorem quidem haec omnia merentur diſcuſſionem, ſed anguſtiis temporis excludor. Attamen, ſi Deus voluerit, alio tempore eam exſpectabis.

63) Non poſſum non totam hancce Conſtitutionem verbotenus inſerere, quae ita ſonat: „Von der Römiſch K. K. Apoſtol. „Maieſtät wegen, durch die Niederöſterreichiſche Regierung, „wird dem Publico hiemit bekannt gemacht, wasmaſſen Höchſt„dieſelbe mittelſt eines Hofdecrets vom 13. October d. I. allergnä„digſt zu entſchlieſſen geruhet, daſs Se. Maieſtät, überzeugt einer„ſeits von der Schädlichkeit alles Gewiſſenszwangs, und an„derſeits von dem groſſen Nutzen, der für die Religion und „den Staat aus einer wahren chriſtlichen Toleranz entſpringet, „ſich bewogen befunden haben, den Augsburgiſchen und Hel„vetiſchen Religionsverwandten, dann den nicht unirten Grie„chen ein ihrer Religion gemäſſes Priuatexercitium allenthal„ben zu geſtatten, ohne Rückſicht, ob ſelbes iemals gebräuch„lich oder ungeſtört geweſen ſey, oder nicht. Der Katholi„ſchen Religion allein ſoll der Vorzug des öffentlichen Reli„gionsexercitii verbleiben, den beyden proteſtantiſchen Reli„gionen aber, ſo wie der ſchon beſtehenden nicht unirten grie„chiſchen aller Orten, wo es nach der hier unten bemerkten „Anzahl der Menſchen, und nach den Facultäten der Innwoh-

„ner

„ner thümlich fællt, und ſie Acatholici nicht bereits in Beſitz „des öffentlichen Religionsexercitii ſtehen, das Priuat-Exercitium auszuüben erlaubet ſeyn. Insbeſondere aber bewilligen „Se. Maieſtät:

„ERSTENS: Den acatholiſchen Vnterthanen, wo 100 „Familien exiſtiren, wenn ſie auch nicht in dem Orte des Bethauſes oder Seelſorgers, ſondern ein Theil derſelben auch einige Stunden entfernet wohnen, ein eignes Bethaus nebſt einer Schule erbauen zu dürfen, die weiter entfernten aber „können ſich in das nächſte jedoch inner den K. K. Erbländern „befindliche Bethaus, ſo oft ſie wollen, begeben, auch ihre „erbländiſche Geiſtliche die Glaubensverwandten beſuchen, und „ihnen auch den Kranken mit dem nöthigen Vnterrichte, Seelen, und Leibestroſte beyſtehen, doch nie verhindern, unter „ſchwereſter Verantwortung, daſs einer von einem oder andern Kranken anverlangte Katholiſche Geiſtliche berufen werde. In Anſehung des Bethauſes befehlen Se. Maieſtät ausdrüklich, daſs, wo es nicht ſchon anders iſt, ſolches kein „Geläute, keine Glocken, Thürme und keinen öffentlichen „Eingang von der Gaſſe, ſo eine Kirche vorſtelle, haben; „ſonſt aber, wie und von welchen Materialien ſie es bauen „wollen, ihnen frey ſtehen, auch alle Adminiſtrirung ihrer Sacramente, und Ausübung des Gottesdienſtes ſowol im „Orte ſelbſt, als auch deren Veberbringung zu den Krancken „in den dazu gehörigen Filialen, dann die öffentlichen Begräbniſſe mit Begleitung ihres Geiſtlichen vollkommen erlaubet ſeyn ſoll.

„ZWEYTENS: Bleibet denſelben unbenommen, ihre eigenen Schulmeiſter, welche von den Gemeinden zu erhalten „ſind, zu beſtellen, über welche jedoch die hierländiſche „Schul-Direction, was die Lehrmethode und Ordnung betrift, „die Einſicht zu nehmen hat: Ingleichen bewilligen Se. Maieſtät:

„DRITTENS: Den acatholiſchen Einwohnern eines „Orts, wenn ſelbige ihre Paſtoren dotiren und unterhalten, „die Auswahl derſelben, wenn aber ſolches die Obrigkeiten auf „ſich nehmen wollen, hätten ſich dieſe des Iuris praeſentandi

„aller-

„allerdings zu erfreuen, jedoch behalten ſich Se. Maieſtät „die Confirmation dergeſtalten bevor, daſs, wo ſich prote- „ſtantiſche Conſiſtoria befinden, dieſe Confirmation durch „ſelbe, und wo keine ſind, ſolche entweder durch die im „Teſchniſchen, oder durch die Hungarn ſchon beſtehende „proteſtantiſche Conſiſtoria ertheilt werden, in ſo lange, bis „nicht die Vmſtände erfordern, in den Ländern eigene Con- „ſiſtoria zu errichten.

„VIERTENS: Die Iura ſtolae verbleiben, wie ſie in Schle- „ſien, dem Parocho ordinario vorbehalten.

„FÜNFTENS: Wollen Sr. Majeſtät die Iudicatur in den „das Religions Weſen der Acatholicorum betreffenden Gegen- „ſtänden der politiſchen Landesſtelle, mit Zuziehung eines „oder des andern ihrer Paſtoren und Theologen, gnädigſt auf- „getragen haben, von welcher nach ihren Religions-Sachen „geſprochen vnd entſchieden werden, hierüber jedoch der „weitere Recurs an die politiſche Hofſtelle frey ſtehen ſolle."

„SECHSTENS: Hat es von Ausſtellung der bisher ge- „wöhnlich geweſenen Reuerſe bey Heurathen von Seiten „der Acatholicorum, wegen Erziehung ihrer erzeugenden „Kinder in der Römiſch-Katholiſchen Religion, von nun an gänz- „lich abzukommen, da bey einem Katholiſchen Vater alle „Kinder in der Kathol. Religion, ſowol vom männ- als weib- „lichen Geſchlecht, ohne Anfrage zu erziehen ſind, welches „als ein Praerogatiuum der dominanten Religion anzuſehen „iſt, wo hingegen bey einem Proteſtantiſchen Vater vnd „Kathol. Mutter ſie dem Geſchlecht zu folgen haben.

„SIEBENTENS: *Können die Acatholici zum Häuſer vnd „Güterankauf, zum Bürger- vnd Meiſterrechte, zu academiſchen „Würden vnd Ciuilbedienungen, in Hinkunft diſpenſando zu- „gelaſſen werden, vnd ſind dieſe zu keiner andern Eidesfor- „mul, als zu derjenigen, die ihren Religions-Grundſätzen „gemäß iſt,* weder zu Beywohnung der Proceſſionen, *oder* Fun- „ctionen der dominanten Religion, wenn ſie nicht ſelbſt „wollen, *anzuhalten. Es ſoll auch ohne Rückſicht auf den „Vnterſchied der Religion in allen Wahlen und Dienſt-Ver- „gebungen, wie es bey dem Militair täglich ohne mindeſten*

„*Anſtand vnd mit vieler Frucht geſchieht, auf die Rechtſchaf-*
„*fenheit vnd Fähigkeit des Competenten, dann auf ihren chriſt-*
„*lichen vnd moraliſchen Lebenswandel, lediglich der genaue*
„*Bedacht genommen werden.*

„ Dergleichen Diſpenſationes zu Poſſeſſionen, dann zum „Bürger- vnd Meiſterrechte ſind bey den vnterthänigen Städ- „ten durch die Kreisämter; bey den Königlichen vnd Leib- „geding Städten aber da, wo Landeskämmerer ſind, durch dieſe, „vnd wo ſich keine befinden, durch die Regierung ohne alle „Erſchwerung zu ertheilen.

„Im Falle aber bey den angeſuchten Diſpenſationen ſich „Anſtände, wegen welcher ſelbige abzuſchlagen erachtet wür- „den, ergeben ſolten, iſt hievon jedesmal die Anzeige vna „cum motiuis an die Regierung, vnd von ihr nach Hofe, zu „Einholung der allerhöchſten Entſchlieſſung zu erſtatten.

„Wo es aber vm das Ius Incolatus des höheren Standes „zu thun iſt, da iſt die Diſpenſation nach vorläufig vernomme- „ner Landesſtellen von dieſer Böhmiſchen Oeſterreichiſchen „Hofkanzley zu ertheilen.„

„Welch ein ſo anders jedermann zur Wiſſenſchaft und ge- „horſamſten Nachachtung hiemit erinnert wird„.

„Wien, den 13. October, 1781.„

64) MATTH. *XX, 13–15.*



vd18

ULB Halle 3
005 353 157

Sb

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-686053-p0063-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-686053-p0064-7

AN

# IMPERANTIS EXERCITIVM IVRIS CIRCA SACRA MAIESTATICI AD CONSENSVM CLERI – DER GEISTLICHKEIT – SIT ADSTRICTVM.

OBSERVATIO IVRIS PVBLICI

*CONSENSV ET AVCTORITATE*

INCLITI IVRECONSVLTORVM ORDINIS

PRAESIDE

**IOANNE IACOBO PREHN**

IVRIVM DOCTORE ET PROFESSORE PVBLICO ORDINARIO IN ALMA FRIDERICIANA COLLEGII ILLVSTRIS, QVOD IBI DE IVRE RESPONDET, ADSESSORE, NEC NON PRODECANO ET AD HVNC ACTVM PROCANCELLARIO CLEMENTISSIME CONSTITVTO

VT

*AD SVMMOS IN IVRE HONORES*

ADITVM SIBI PARARET

AD DISCEPTANDVM PROPOSITA

AB AVCTORE ET RESPONDENTE

**CAROLO VLRICO FRIDERICO KNORRE**

HAMBVRGENSI.

*BVETZOVII*

D. VIII. FEBRVARII A. O. R. cIↄIↄCCLXXXII.

Z. 1782 353 T. 353

KOENIG FRIED UNIVERS. ZV HALLE

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-686053-p0065-2